



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dvx Spiritvalis

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.Xiii.

Tractatvs Primvs de familiari modo cum Deo agendi in Oratione, & ipsius
Dei in eadem visitationibus per suas inspirationes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48784](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48784)

TRACTATUS PRIMVS
 DE FAMILIARI
 MODO CVM DEO AGEN-
 DI IN ORATIONE, ET IPSIVS
 Dei in eadem visitationibus
 per suas inspiratio-
 nes.

CAPVT I.

*QVOD perfecta ORATIO sit quidam
 ascensus nostri spiritus ad Deum, ad
 colloquendum familiariter cum eo.
 complectitur autem sex actus He-
 roicos: declaratur q. summatim quod
 pertinet ad singulos, quod est veluti
 fundamentum huius libri.*



OT sunt adeoque eminentes
 perfectæ ORATIONIS
 actus; adeo variæ excellen-
 tesque proprietates eius: vt
 ad integram earum notitiã
 tradendam, necesse sit mul-
 tis vt definitionibus, quas SS. Patres nobis re-
 liquerūt. Sed omnes ferè illi fundamento ni-
 tuntur, quod ipsa ORATIO (vt ait Sanctus

Lud. de Ponte Tract. I. A Grego-

UX SPIR
 DE PONTE

Lib. de Orat.
dominic. e. 1
s. Chryst. li.
1 de orando
Deum, &
Homil 30.
in Genes. est
colloquium
cum Deo.

Gregorius Nyssenus) sit conuersatio sermoci-
natioque animæ nostræ cum Deo, in negotio
nostræ saluationis ac perfectionis; miscendo
scilicet sermones cum diuina Maiestate, nunc
verbis externis ore prolatis, quæ vocatur ora-
tio vocalis; nunc internis solum, quæ ab ipso
spiritu siue mente procedunt; & hæc dicitur
mentis oratio. Non tamen existimandum est
huiusmodi colloquium fieri verbis duntaxat;
sed complectitur etiam excellentissima inter-
na opera, quæ spectant ad vitam contemplati-
uam, & ad id, quod in eâ est supremum, vniti-
onem scilicet spiritus nostri cum Deo: confe-
rendo cum eo, & instando, vt ea nobis largia-
tur: adhibita quoque ex parte nostra omni in-
dustria ad ea obrinenda & possidenda. Et sicut
manus ad res aliquas capiendas, & opera sua
facienda quinque digitos habet, licet potissi-
mum eius robur in tribus primis consistat: ita
anima nostra ad prædictas has actiones, vtitur
quinque internis suis facultatibus, sed præci-
puè tamen tribus spiritualibus, memoria
videlicet, qua rerum recordatur; intellectu,
quo easdem cognoscit; & voluntate, qua vel
diliget, vel odio habet: quibus facultatibus duæ
aliæ inferiores subseruiunt, vis scilicet imagi-
nandi, qua imagines & figuras rerû, quæ sensi-
bus externis percipiuntur, formamus: quæ vis
suo quoque modo fert de illis iudicium; & vis
appetit⁹ sensuû, à quibus procedût actus amo-
ri odioque; sensibili; gaudio, & tristitiæ; deside-
rio, & timori, & similibus alijs cõsêtanei. Quæ

omnes

omnes facultates cōuenire solent in oratione
 mentis, eleuantes actus suos ad altissimum &
 supremum obiectū, quod habere possunt, qui
 est ipse Deus: innitentes præcipuè virtutibus,
 quas Theologicas appellamus: quia respiciunt
 Deum, quā is est summa veritas: cui propterea
 fit adhibenda fides; suprema beatitudo, quam
 debeat sperare; immensa bonitas, quam
 debeat diligere; & infinita excellentia, quā
 adorare, & cui seruire ac obedire oporteat.
 Quare oratio præcipuè innititur viæ fidei re-
 rum, quas Deus reuelauit; spei certæ rerum,
 quas promisit; & accensæ charitati eius Domi-
 ni, qui eas reuelauit, ac promisit, simul cum
 feruenti desiderio eundem honorandi ac eidē
 obediendi in omnibus, quæ præcipit: vt hac via
 conscendamus ad videndum, quod credimus;
 & possidendum, quod speramus; vniendo nos
 per amorem summæ illi bonitati, quam ama-
 mus. quod totum plenè obtinetur in cælo;
 quamuis delibari incipiat in terra.

Ex quo apparet, quod ORATIO ex senten-
 tia S. Ioan. Damasc. fit *ascensus quidam spiritus* Lib. 3. fidei
nostri ad Deum, ad suauia hæc iucundaque col- c. 14.
 loquia cum eo commiscenda, & heroica ista S. Thom. 2. 2
 q. 83. a. 1.
 opera exercenda. Qui ascensus benè intellige-
 tur, fietq; rectè, si statuamus, quis ille sit, qui a-
 scendit: vnde & quò ascendat, per quos gra-
 dus ascendendum ei sit, quē finem in eo ascēsu
 sibi præfigere debeat, quidq; tādē in eo facere.

QVI ascendit non est corpus sed spiritus: I.
 neque enim ascensus ipse corporalis est,

UX SPIRITUS
 DE PONTE

Opusc. de 7.
Itinerib. pro
logo itine-
ris tertij.
a Psal. 17. 34.
Habac. 3. 19.

b Psal. 54. 7.
c Isa. 40. 31.

sed spiritualis; nec corporis passibus fit, sed spiritus, *cognitione* videlicet & *affectu*: **COGNITIO** pertinet ad intellectū, illustratum fide, donisque spiritus sancti, quæ illum perficiunt. **AFFECTVS** pertinet ad voluntatem deuotionis amorisque igne accensam, & alijs virtutibus, quæ illam comitantur, adiutam. Hos (ait S. Bonaventura) esse animæ nostræ pedes, de quibus loquitur Dauid, cum ait, a *Deus perfecit pedes meos tanquam ceruorum. & super excelsa diuinorum suorum mysteriorum statuit me.* Et sicut vnico tantum pede nec ambulare quis, nec currere potest, sed vtrumque adhibere necesse est, nunc vni nunc alteri innitendo: ita non ascenditur in oratione aut sola cognitione, aut solo affectu, sed vtroque: nunc scilicet cognoscendo, nunc amando: nam absque cognitione non potest esse amor; absque amore verò cognitio clauda erit ac debilis: interdum tamen simul ascendunt pari passu, quiete, & concordia: & tunc censentur esse tanquam alæ, quas Dauid b *pennas columba* appellat, Isaias verò c *pennas aquila*, quibus spiritus in contemplatione eleuatur, volans ad requiem, quæ est in coniunctione cum summo bono, quod contemplatur.

V I D E A M V S nunc, vnde & quo spiritus ascendat, quem deserat locum, & in quem festinet volere? ascendit enim è terra in cœlum, à creaturis ad Creatorem, à se ipso ad Deum, & à rebus visibilibus & temporalibus, ad inuisibiles & æternas; abstrahens cogitatio-

nem

nem & affectum ab illis, vt eum in has transfe-
 rat, quò suam *conuersionem*, vt ait Aposto-
 lus, habeat *in cælis* cum beatis spiritibus, mul-
 toque magis cum ipso omnium Domino. Et
 hoc est quod Hieremias ait *e leuauit se super se*,
 exiens videlicet à seipso, quoad corpus & sen-
 suum actiones; & eleuando spiritum ad res,
 quæ supra ipsum sunt, quò suas facultates cum
 Creatore suo coniungat; Quam ob causam
 oratio comparatur odorifero fumo ex thure
 ascendenti, iuxta illud Dauidis: *f Dirigatur*
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo; &
 ex myrrha iuxta illud: *g qua est ista, qua ascendit*
sicut virgula fumi ex Aromatibus myrrha &
thuris? sicut enim thus in ignem coniectum,
 non totum in altum ascendit, sed subtilior
 tantum ac delicatior eius pars in fumum con-
 uersa, reliqua magis terrestri crassaque
 parte in cineres redacta remanente: ita in ora-
 tione, ignis diuini amoris corpus ipsum mor-
 tificat, sensuumque carnalium actiones, vt so-
 lus spiritus cum suis cogitationibus & affe-
 ctibus spiritualibus nubes penetrans, perue-
 niat ad conspectum & thronum Dei, quem
 h adoret *in spiritu & veritate*. Ideoque reip-
 potiùs quàm verbis, sensibus, qui corpus du-
 cunt, dicit, quod *Abraham dixit ad pueros*
suos: expectate hic in crepidine montis cum
asino, ego & puer illuc vsque properantes, post-
quam adorauerimus, reuertemur ad vos. Et
 quoniam ipsi spiritui graue est talem socium
 relinquere, solumque montem ascendere, ideo

d Phil. 3. 20.

e Heer. thre.
3. 28.

f Psal. 140. 2

g Cant. 3. 6.

h Ioan. 4. 23

i Gen. 22. 5.

DUX SPIRITUS
DE PONTE

ille ascensus comparatur etiam myrrhæ odorifero fumo, qui notat perfectissimam mortificationem, quæ orationem recollectissimam comitatur.

3.
k Gen. 28. 12

Septuaginta
Interpretes
addunt. Fir-
mans, seu e-
rigēs illam.

In scala Pa-
radisi Fo-
mo 9.

1 Cant. 5. 2.

HO C ipsum adhuc intelligetur clariùs ex Mystica illa Iacob k *Scala qua stans super terram, cacumen illius tangebatur cælum*, iuxta quam Iacob dormiens corpore, spiritu vigilabat, & *Dominus innitebatur ipsi scala* in modum eam sustentantis, ne rueret aut laberetur; & *Angeli Dei per eandem ascendebant*, à Iacob ad Deum, ac *descendebant* à Deo ad Iacob. Et quæ (inquit S. August.) hæc est scala? nisi perfecta oratio, quæ suis veluti gradibus è terra ascendit ad conspectum Dei viuentis; & quid est, Iacob ad scalæ extremitatem dormire, ad eòq; diuinum somnium somniare, nisi te monere, quod si perfectè oras, debeas dormire quoad corporis & externorū sensuum actiones, earum videlicet pro eo tempore ita oblitus, atque si tantum esses spiritus, diceresque cum sponsa: *I ego dormio & cor meum vigilat*. Solus enim spiritus & cor ipsum per hanc scalam ascendere debet, relicto corpore dormiente, & ad extremitatem scalæ expectante. Et quid est, Deum cacumini scalæ inniti, instar illam sustentantis, nisi te instruere ac docere, quod Deus singulariter assistat orationi tuæ, confortans actiones tuas in ea; iuuansq; te ascendere vsque ad cacumen diuinæ vnitionis, in qua tuus spiritus cum eius spiritu coniungitur & vnus efficitur,

QVOD

QVOD si adhuc nosse desideres, quibus gradibus ad cacumen illud sit ascendendum? scias, ordinariè ascendi per sex actus valdè Heroicos, quorum breuem hic summam proponemus, tanquam fundamentum eorum, quæ fusiùs de singulis dicenda sunt in progressu horum Tractatum.

§. I. De memoria praesentia Dei, & Angelorum eius.

PRIMVS ergo gradus pertinet ad memoriam, in quo eleuandi sunt oculi mentis ad intuendam Maiestatem Dei, quocum es locuturus, cogitans esse tibi praesentem, aspicientem quæ facis, & quæ dicis audientem. Quando igitur te ad orationem recipis; in quocunque loco, quantumuis solitario & separato, nunquam existimes te esse solum; sed verè adesse tibi sanctissimam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, cum quibus miscendi sint tibi sermones, quos tanta fidei viuacitate ac certitudine intuearis, atque si oculis corporis illos cerneres. addenda verò est primò huic aspectui profundissima quædam reuerentia, & interior exteriorque adoratio. Quam diuinæ praesentiae memoriam necesse est toto orationis tempore ita conseruare, vt omnes tuos in ea actus ad Deum tanquam praesentem dirigas, ad imitationem Dauidis, dicentis: *a Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper*: ostendit enim suam Meditationem, cordisq; affectus, quos illi coniungebat, semper cum Deo esse, & in eius praesentia.

a Psal. 18. 15.

UX SPIRITUS
DE PONTE

NOMINATIUM verò ad animum & spiritum resumendum, eleuandus spiritus est, sicut faciebat Iacob, ad aspiciendum DEVM Trinum & vnum scalæ innixum, eiusque officium, quo porrigit tibi manum, iuuatque per scalæ gradus ascendere. Licebit itaque Patrem æternum intueri tanquam fontem bonarum cogitationum, quæ nostram memoriam replent; & sua omnipotentia assistentem, ad eam tranquillandam; & à distractionibus, quæ illam turbant, liberandam. Filium Dei licebit intueri, tanquam primum principium veritatum, quæ nostrum intellectum illustrant; & infinita sua sapientia assistentem, ad eum docendum, & liberandum à deceptionibus & erroribus, qui solent ibi se insinuare. Ipsum denique Spiritum sanctum licebit intueri, tanquam primam originem feruentium affectuum, qui nostram voluntatem accendunt; & immensa sua charitate assistentem, ad eandem voluntatem permouendam, & in eius affectibus dirigendam; Et à tepiditatibus & ariditatibus, quæ molestiam illi adferre solent, liberandam. Ab vnaquaque autem harum diuinarum personarum demissè petere licet perfectionem eius operis, quod illi attribuitur, in hunc modum. O Pater supreme, imple meam memoriam sanctis cogitationibus, roburque & constantiam in eis mihi præbe: O fili Dei vnigenite, illustra meum intellectum lumine tuarum cœlestium veritatum, tribueque mihi altissimum earum sensum.

sum: O Spiritus sanctissime, accende cor meum
feruentibus tuis affectibus; eosque ita semper
foue: ne vnquam in eis tepescam Amen.

NEC tamen in hoc ipso primo ad magnum
hunc Deum ingressu, eum, quasi solus esset, a-
spicias; sed, vt S. Bernardus ait, Angelorum
Hierarchijs stipatum, qui summa reuerentia
eius præsentibus assistunt, dicesque cum Dauid:
*in conspectu Angelorum psallam tibi. adorabo
ad templum sanctum tuum.* Interdum itaque
aspicere Deum poteris, supremis tribus Ange-
lorum Choris stipatum, in quibus elucet
tres prædicti affectus triū diuinarū personarū,
ad perfectam habendam orationē. In Thronis
splendet firmitas memoriæ in Deo; In Cheru-
binis lux sapientiæ; In Seraphinis ardor cha-
ritatis. Interdum aspicias tremorem potesta-
tum, vt tremas & tu in præsentia tanti Dei,
sed magis adhuc in particulari conijcies ocu-
los, sicut Iacob, in Custodes Angelos, ascen-
dentes & descendentes per scalam: qui, dum a-
scendūt, præsentant Deo tuas orationes, ad iū-
gentes suas, vt tuæ exaudiantur; moxque de-
scendunt ad te, cum felici earum expeditione.
sursum ergo cor tuum eleua, vt ait Ecclesia in
Missæ Præfatione, & in serēte angelicis illis
spiritibus, ora cum eis, iuxta illud eiusdem
Præfationis, *eum quibus & nostras voces vt ad-
mitti iubeas deprecamur*; siquidem voces &
elamores tui, soli, & per se non merentur
admitti.

NEC sine mysterio prius ait scriptura,

serm 7. in
Cant.

b Psal. 137. 2.

LUX SPIRITUS
DE PONTE

Angelos ascendere, & postea descendere: sic enim insinuat, prius Iacob illos apud se in terra vidisse, vt tu intelligas, sæpè re ipsa & verè illos esse apud te, dum oras; tecumque, dum ascendis, ascendere; & vt ascendas, iuuare, cum illis itaque colloqui licet in ascensu; quia tale colloquiũ non turbabit illud, quod habes cum Deo; sed iuuerit potiùs, vt ad cacumen vsque sine defatigatione ascendas, dicesq; illis: O Angeli Beati *c de quorum manibus ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorũ*, assiste mihi oranti, vt oratio mea tanto feruore in cœlum ascendat, ne in medio itinere tanquam fumus euanescat; sed eam manibus vestris accipite; vestraq; obsequia Deo exhibita allegâtes, eam ponite in igne thuribuli aurei; qui est Christus Dominus noster, vt eius vestrisq; meritis coniuncta, obtineam quod meis ego non promereor, Amen.

§. 2 De pura intentione & oblatione.

CONSTITVTVS itaque in Dei presentia, id secundo loco facies, vt intentionem huius actionis, quam aggredieris, eleues supra omnia terrena, peritura, & quæcunque creata, ac supra te ipsum, dirigendo illam purè rectaque ad ipsummet Deum, qui scalæ summitati innixus est: solam ipsius gloriam & honorem quærendo, absq; malæ vllius intentionis admixtione; & reiiciendo si fieri poterit, etiam imperfectam: quia, vt ait Sapiens, *d Dei termocinatio est cum simpliibus*

De hac re ageretur in
Tract. 4. c. 15
d Prou. 3. 32.

Et ab.

§.2. DE PVRA INTENT. ET OBLAT. II

& abominatio Domini est omnis illusor, qui peruersas huiusmodi intentiones piæ huic actioni admiscet.

I.

MORTIFICANDA ergo est in primis omnis vanitatis admixtio, memor quod Christus Dominus noster reprobauerit Phariseorum orationem, e qui amabāt in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt viderentur ab hominibus, instruxerit verò te, dicens: tu aut cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito ita, vt, quamuis oratio sit publica, intentio sit secreta ad gloriam ipsius Domini illam audientis. Et siquidem ipsa oratio est fumus suauissimus, qui in coelum ascendit, ne illam coniungito vanitatis fumo, qui apud Deū non benè olet, & ipsos Angelos fugat, excecat intellectū, excecat affectus, fructusq; omnes eorū corrūpit.

e Matth. 6. s.

2.

MORTIFICANDA est etiam intentio curiositatis aut sensualitatis spiritualis, aut proprii commodi; non enim est ad scilicet summam ascēdendum, vt curiosè noueris Dei arcana, aut eius delicias consequaris, aut quò magis te ille fauoribus prosequatur: nam licet tibi hæc omnia communicet Deus, non tamen vult, hunc esse præcipuum nostræ ascensionis finem, quò illa sit perfecta. quodammodo enim qui hæc ex principali instituto quærit, minoris ipsum Deum facit, quàm ipsa dona, quæ quærit: cum tamen illa finita sint, eorum verò largitor infinitus: quare ea ratione te minus dignum eorum reddis.

Ascen-

UX SPIRITUS
DE PONTE

f Psalm. 33. 5.

Ascende itaque ad Deum, vt ipsummet Deum quæras, petasque vt seipsum tibi det, idque non proprii interesse aut delectationis causa, sed maioris illius gloriæ, & quia id illi placet: tunc enim oratio tua bene excipietur, obtinebitque; quod in hunc finem petieris, Propterea enim Dauid dixit: *fexquisi Dominum, & exaudiuit me.* O Pater celestis, qui te quærentium orationem exaudis, purifica intentionem meam in ea, quam nunc aggredior, ne aut quæram aut petam nisi te, donaque tua, vt eisdem magis tibi seruiam.

g Exod. 23. 15
& cap. 34. 20

PURAE huic intentioni adiungenda est aliqua oblatio, cogitans iussisse Dominum in lege sua: *g non apparebis in conspectu meo vacuum* absque aliquo videlicet munere donove, quod illi offeras, cum itaque ad eius conspectum nunc accedas, offer illi ingenuè cogitationes omnes, affectusque cordis tui, & labores, quos in ipsa oratione sustinebis, vel ex corporis defatigatione, vel ex distractionibus, ariditatibus aut alijs spiritus molestijs; amplectens quacumque afflictionem absque tua culpa euenturam, ex eo quod in diuino eius conspectu verferis. Offer illi animo generoso quod ipse maximè desiderat petitque, iuxta illud sapientis: *b Præbe filii mihi, cor tuum mihi,* vt de te pro libitu suo disponat in hac orationis hora, & in reliqua vita tua, ac denique per totam æternitatem, subiiciens te ipsum omninò eius de te ordinationi: quia nulla alia dispositione magis illi placere potes: id quod indicauit Dauid, cum dixit,

h Prou. 23. 26

dixit,

dixit: *i subditus esto Domino & ora eum*, quasi diceret: incipe ab hac subiectione, & benè excipietur oratio tua, O Deus æterne, hoc vas cordis mei totum tibi offero, subijcioque tuæ voluntati & dispositioni in rebus omnibus: imple illud tuis diuinis donis, vt eo spiritu ac feruore orem, quo tu vis. Amen,

§. III. *De considerationibus intellectus.*

HANC oblationem proximè sequitur tertius actus, Eleuatio scilicet intellectus, ad eorum considerationem, quæ ad colloquendum dignè cum Deo sunt necessaria. In quo gradu impingere statim solent, qui per scalam orationis ascendere incipiunt. Alij quod non sciunt meditari, aut mente discurrere, quantum desiderant: ex quo oritur, vt aridos se inueniant, nec sciant, quid dicere, aut cum Deo tractare debeant; Alij ad alterum inclinantes extremum, ad eò habentis curiositatis laxant in suis discursibus, vt eo excessu, affectuum ignem suffocent, nec locum colloquijs relinquunt. Vtrique autem necessario aduertere debent, Meditationes ac discursus non esse substantiam orationis, sed media & gradus, per quos ad eam ascenditur: ideoque fieri non debent ea ratione, qua quis studeret ad veritatem inuestigandam, quam assequi desiderat; sed qua quis cupit colloqui cum Deo, vt magis illi placeat, nã lingua spiritus (teste

Diuo

UX SPIRITUS
DE PONTE

part. 4. 107
 Bananen.
 de 7. irine
 rib. 2. dist. 4.
 Os cordis
 est medita-
 tio.

Diuo Thoma) est eius intellectus, verba autem sunt bonæ eius cogitationes directæ in Deum, qui illas intelligit: & hac ratione ipsum meditari, erit etiam orare, fietque multo facilius atque fructuosius. Quamobrem tria præcipue consideranda sunt genera veritatum, quæ exercitium cum Deo colloquendi exacuunt, feruentiusque reddunt, de quibus dicetur fusius in subsequenti tractatibus, quibus præsupponuntur plurima, quæ de eisdem dicta sunt in libro Meditationum.

PRIMUM considerandum est, & exacuenda fides circa veritates ad ipsummet Deum spectantes, quo cum es collocaturus: neque enim commodè tua negotia transigere poteris cum eo, quem non noueris, nec eius ingenium, nec virtutem & facultatem, qua pollet, ad ea feliciter expedienda. Cùm igitur in oratione accedas ad colloquendum cum cœlesti Rege de negotijs tuæ salutis, necesse est benè attendere, quis ipse sit Rex, cum quo loquaris; esseque infinitam eius magnitudinem atque perfectiones, ob quas summa sit reuerentia dignus.

PERPENDE itaque ipsum esse infinitè sapientem, cui nihil sit occultum; infinitè potentem, ad faciendum quidquid voluerit; infinitè misericordem, ad reparandam quamcunque miseriam; infinitè bonum, itaque amabilem ac beneuolū, ut infinitam humanitatē cum Maiestate infinita coniungat quo, absque suæ magnitudinis incōmodo, possit arctam familiaritatem cū suis creaturis contrahere. Exacuenda quoque est

§. 3. DE CONSIDERAT. INTELLCT. IS

est tibi fides, quod idem fit tuus conditor, qui de nihilo te condiderit; tuus conseruator, à quo tota tua vita dependeat; tuus gubernator, qui te sua prouidentia gubernat; & vltimus finis tuus, in quo tota beatitudo consistit. Hæ & similes aliæ veritates benè perpenſæ te permouebunt ad colloquendum cum Deo, eo respectu, amore, & fiducia, q̄ ab eis procedunt.

2.

DEINDE sunt considerandæ aliqua veritates, pertinentes ad Christū Dominū nostrū, cū quo etiā est tibi colloquēdū; q̄a tuus est Deus, & quā homo, etiam Aduocatus: quem nisi no-ueris, nor poteris cum eo, salutis tuæ negotiū benè transigere: propterea .n. dixit ipſemet: a *banc esse vitam aternam vt cognoscant Deum* a Ioan. 17. 3. *verum, & quem misit* Iesum Christum filium suū. Hunc Saluatorē, studendū tibi est, cognoscere, considerando infinitas ipsius excellentias, heroicæ animæ eius virtutes, species ac figuras aded varias & beneuolas, quas in suo corpore accepit & expressit; aspiciendo illū nūc infantē in præsepio, nunc in mōte Thabor trāfiguratū, nunc omni ex parte vulneratū, ac deformatū in mōte Caluario; ac deniq; glorificatū in cœlo Empyreo. Exercendus quoq; est a-ctus fidei, q̄ idē ipse fit tuus Redemptor, tuus Medicus, Aduocatus, Protector, & vnicus tuarū necessitatum Reparator, vnica porta ad ingressū in cœlū, ad ascendendū ad Patrē, ad tecum Deo coniungendū, & in eius virtutes trāformandum. Ille denique tuarum orationum principium esse debet & coronis. in eius enim nomine

UX SPIRITUS
DE PONTE

nomine sunt tibi inchoandæ, & cum eodem concludendæ; & agendum cum Patre, mediante filio, de re, quam filius ipse cum eodem vult transfigere.

3.

Cum his considerationibus coniungendæ sunt aliæ rerum, quæ ad te ipsum spectant, ad cognoscendum, inquam te ipsum, & quis tu ipse sis, qui accedis ad colloquendum cum Deo; perpendendo multitudinem & scditatem tuorum peccatorum, vehementiam tuarum passionum; periculum in quo versaris, incidendi in grauissima damna temporalia, & æterna; debiles vires tuas, ut illa effugias; Nihilum, quod ex te ipso habes, & quod in omnibus tuis rebus à Deo omnino dependeas. Attende item extremam tuam necessitatem, qua premeris rerum, de quibus cum Deo fit tibi agendum, quas ipse solus dare tibi potest; & nisi obtineas, sine omni remedio peribis. In hunc finem perpendere licebit vitæ huius breuitatem, mortis terribilitatem, diuini iudicij seueritatem, & cruciatuum Inferni æternitatem; virtutum quoque pulchritudinem, valorem bonorum operum, dulcesque fructus ab eisdem prouenientes, & æterna præmia, quibus tandem afficientur. nam si rectè perpendas extremam tuam necessitatem; ac simul debilitatem, quantumque tua referat, quæ desideras & quæris, obtinere non prætermittes de eodem cum Deo agere ita feruenter ac serio, sicut tanti momenti negotium requirit.

S E D

§. 3. DE CONSIDERAT. INTELLECT. 17

SED quoniam interdum noster intellectus
obscuratus valde est, atque deiectus, expedit
modum aliquem alium inire, dirigendo scili-
cet cogitationes ad te ipsum, instat, illius, qui
secum ipse loquitur per modum interroga-
tionum, ut obstringat se ad cogitandum & at-
tendendum, quid debeat respondere: sicut Iob
faciebat, cum diceret, *b non parcam ori meo,*
loquar in tribulatione spiritus mei, confa-
bulabor cum amaritudine anime mee, consola-
bitur me lectulus meus, releuabor loquens mecum
in fratre meo. Et Apostolus exhortatur, dicens:
c implemini Spiritu sancto, loquentes vobismet
ipsis in Psalmis, psallentes in cordibus vestris
Domino: Hac enim ratione solet noster intel-
lectus excitari in suo discursu. Sic ergo in tua
recollezione constitutus has omnes interro-
gationes proponere tibi poteris, non simul,
sed singulas seorsim. Cur te in hunc locum colli-
gis? quid cogitare intendis, & facere? ubi est
ille Deus, cum quo es collocuturus? Quis ille
est, & cuius ingenij? de quibus negotijs ut cum
eo hic ageres, venisti? quanti sunt illa momen-
ta: qua ratione te geres in ipso ingressu, & po-
stea in eius presentia? In hoc mysterio, quod
audiuisti; aut legisti, quid est, quod te scire ad
salutem tuam referat? Quae verba expedit tibi
apud Deum usurpare, ut ad te exaudiendum
permoueatur? Ac denique quid æquum est, te
in posterum in eius gratiam & obsequium præ-
stare? ad singulas has quaestiones respondebis
tibi ipsi iuxta ea, quae aut sancta fides te docet,

4.

b Iob. 7. ii.

c Ephes. 5. 19

DUX SPIRITUS
DE PONTE

aut naturalis ratio dicat; atque si quispiam alius eadem à te quæreret, & tibi incumberet illi respondere. Et hic modus interrogandi ac respondendi est ratiocinatio, & collocutio, quam tecum habes: ex qua gradus fiet ad colloquendum cum Deo & Christo Domino nostro, inferendo his considerationibus aliquid trium prædictarum cognitionum: nam ex omnibus tribus fortis funiculus conficitur, quo noster spiritus cum Deo coniungitur, eique, ut oportet, loquitur: sicut eas coniunxit

d Gen. 18. 27

Abrahamus, cum dixit *d loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis*. O Deus infinite, quis ego sum, ut loquar tecum? nisi quod ipsa mea vilitas, tuaque magnitudo ad tecum loquendum inuitant, quò magna tua misericordia repareret magnam meam miseriam.

§. 4. *De actibus & affectibus voluntatis.*

EXCITATO prædictis considerationibus intellectu, exercendus in oratione est quartus actus, elevatio scilicet, voluntatis super omnes affectiones terrenas, & super teipsum, ad actus affectusque puros & ferventes rerù cœlestiù, Deiq; tui ac Salvatoris; plus eum amando, quàm teipsum, & omnia creata; firmiterque & efficaciter statuendo servire illi ferventer in omnibus, quæ præcipit aut inspirat. Hi affectus debent semper ipsam Meditationem comitari: alioqui erit illa parùm utilis

eo quod

eo quod intellectus suis discursibus non colligat, nisi veritates; voluntas verò actibus suis virtutes; ille cibum in ore accipit, hæc eundem delibet, ipsique animæ coaptans incorporat; ille absconditum thesaurum patefacit, hæc eundem amplectitur, eiusq; diuitijs fruitur; ille te facit sapientem, hæc sanctum; & vterque simul te in sanctitate stabilient: virtus enim in sola cognitione cum exiguo affectu, est quasi coacta; & quæ est ex solo affectu, cum exigua cognitione, est etiam umbratilis: si autem coniungatur vtrumque erit virtus iucunda & stabilis, & colloquia cum Deo erunt feruentiora: deuotio enim (teste S. Bernardo) est lingua animæ, & absque illa manet muta, nec scit cum verbo diuino loqui, cum qua tamen loquitur eidem, magno feruore & spiritu.

serm. 45 in
Gen.

Ex his satis constat, quanto perè decipiatur qui totum orationis tempus, solis ratiocinationibus etiam curiosissimis tribuunt, immemores, voluntatem excitare ad prædictos inflammatos affectus; quorum deceptionem retegunt illi Seraphini, de quibus ait Isaias, quod stantes coram Deo, a duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabāt pedes eius, toto pectore, in quo est sedes amoris, discooperto remanente: & duabus quas in lateribus habebant volabant, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Quid. n. aliud hæc figura volebat, nisi te docere, vt cū accedis ad conspectum diuinæ

2 isa. 6. 2.

DUX SPIRITUS
DE PONTE

Maieftatis, fi velis accendi sicut aliquis Sera-
 phinus, merito debeas alas complicare ratio-
 cinationum, quibus ad cognitionem altissima-
 rum & profundissimarum Dei rerum volatur;
 velando scilicet oculos velo fidei, omnem que
 excessum in eis circumcidendo; vt tibi satis ef-
 se existimes, si credas quod de excellentijs ip-
 sius Dei & profundissimis eius iudicijs est re-
 uelatum: te autem sic dispositum decet volare
 alijs duabus alis, cognitionis scilicet simplicis
 & affectus beneuoli, coniungendo pectus tuum
 cum ipsius Dei pectore per intimam vnio-
 nem; cantando diuinas eius laudes, ab eo que
 petere, vt suis te impleat misericordijs, demis-
 se ei dicens: O Deus æterne, agnosco fateorq;
 te esse sanctum sanctorum, me autem omnium
 peccatorum maximum; te esse ipsam miseri-
 cordiam, me autem ipsam miseriam. quid ergo
 amplius scire volo? aut cur amplius ratio-
 cinando pergam? hunc accedo ad tuum conspe-
 ctum, vt miserix meæ consulas, diuinis tuis
 misericordijs me replens. Quod si ob *Medi-*
tationis tepiditate non exardescit horum affe-
 ctuum *ignis*; da opera m, vt voluntas tua, liber-
 tate sui arbitrij vtēs, permoueat te ad eosdem
 quo modo poteris exercendos: solet enim e-
 uenire, quod ait Sapiens, vt e *à scintilla vna au-*
geatur ignis; ea à paruo aliquo affectu, alius
 prodeat magis accensus, accedente diuinæ in-
 spirationis flatu, vt flamma ipsa augeatur, qua
 cor inflammetur.

b Psal. 38. 4.

c Eccl. 11. 34.

HI affectus conformes esse debent tribus
 præ-

prædictis cognitionibus, Dei scilicet, Christi Domini, tuique ipsius; exercendo internos omnium virtutum actus quibus Deus diligitur, & in eximjs suis operibus glorificatur; Christum verò Dominum in suis imitamur, magnique facimus; addendo etiam actus dii contemptusque tui ipsius, ob tua peccata & miseria, ea ratione & forma, cuius in horum Tractatuū progressu praxis exprimitur.

§. 5. De Petitionibus & Colloquijs.

His affectibus coniungendus est quintus actus, elevatio scilicet totius *d anima* d Psal. 61. 9. & e cordis tui, vt illud iuxta consilium 1. Reg. 1. & 15. Davidis *effundas coram Deo*, tuas illi aperiens necessitates ac desideria, pijsque petitionibus & colloquijs tenerrimis, fiduciaq; plenis ab eo contendens vt te exaudiat; & quod desideras ac petis, tibi concedat. Cuius quinti actus ratione *Oratio* (vt dixit S. Ioannes Damascenus) *est petitio decentium à Deo*, in qua varij tituli & motiva adferenda sunt, non tam ad eius diuinam voluntatem inclinandam, quam ad tuam permouendam, ad ita feruenter confidenterque petendum vt sis dignus accipere, quod ipse desiderat tibi dare. Hi tituli sicut affectus ipsi deducendi sunt ex fontibus diuinitatis & humanitatis Saluatoris nostri, & ex alto miseriarum nostrarum puteo, & ex ipsa nostra necessitate, qua omninò indigemus Deo & Christo Domino nostro qui eas repa-

Lib. 3. fidei cap. 14.

DUX SPIRITUS
DE PONTE

ret. Qua autem forma hi tituli sint deducendi, ostendemus postea. Nec tamen existimes, huiusmodi petitiones esse in finem orationis rejiciendas; sed potius cæteris actibus ipsius orationis esse inferendas, sicut hæctenus vidimus. Nominatim autem in duplici opportunitate sunt exercendi. *Prima* est, quando cætera facultates disperguntur, aut in suis actionibus sunt remissiores: tunc inquam petendum à Deo Domino nostro est, ut eas colligat excitetque dicendo cum Davide *cor meum dereliquit me, complacet tibi Domine*, illud ita colligere, ut mecum maneat, & in quiete oret: & iterum, *expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi: velociter exaudi me: defecit spiritus meus*: conforta illud gratia tua. *Altera* est occasio, cū voluntas est iā permota pio aliquo affectu: tunc enim post illam iucunditatem ac dulcedinem, opportunum est petere à Deo Domino nostro efficacium auxilium, ad exequendum bona proposita, quæ tunc nobis communicavit; proderunt enim tunc petitiones feruentiores, & confidentiores; id eoque faciliè exaudiuntur & expediuntur. Nec solum cum Deo est colloquendum, ut aliquid ab eo petamus; verum etiam, ut pro collatis gratias eidem agamus: ac denique in quemcūque finem, cuius causa filius cum Patre, discipulus cū suo Magistro, ut amicus cū amico loqui consuevit, cui animæ suæ secreta communicat, eo modo quo postea dicetur.

SED cupis fortè nosse, quam ob causam hæc

homi-

hominis cum Deo cōversationē sancti appel-
 lent nomine Colloquij, quod significat cōver-
 sationem duorum inter se colloquentium, al-
 tero alteri respondente, instar illorum, qui iu-
 cundē inter seipsos conuersantur. Num ita &
 in eum finem Deum alloqueris, vt te ipse allo-
 quatur, aut tam diu in loquendo persistes, do-
 nec tibi respondeat? si enim hoc ita est, com-
 modē potest colloquium appellari: & dulcis
 proculdubio erit conuersatio, quam Deus ipse
 fouet. Attende itaq;, quod sicut tu in oratione
 Deum alloqueris; ita ipse te alloquetur, si tu
 loquaris, vt oportet, licet cum discrimine.
 Nam (vt ait S. Thomas) tu loqueris cum Deo, 1. part. q. 107.
 non vt ipse manifestes, quod ipse nō nouit; aut a. 3.
 des aliquid, quod ipse non habet; sed potius vt
 ab eo accipias scientiam, aut virtutem, & gra-
 tiam, quam tu non habes. Quando autem Deus
 te per suas inspirationes alloquitur, non id
 facit, vt aliquid à te accipiat, quod ipse à te
 non habeat; sed vt aliquid tibi communicet ex
 his, quæ ipse habet: magnifq; (vt ait S. Bernar.) Serm. 45. 12.
 te fauoribus prosequatur: quibus nonos spiri- Cant.
 tus recipias, ad colloquēdū cū ipso, & orationē
 magna cū voluptate continuandā: quo nomine
 licet ab illo petere, vt alloquatur tibi ad cor,
 magnoq; affectu illi dicere: *ô Amator animæ
 meæ, siq; dē dicis mihi: h sonet vox tua in aurib.* h Cant. 2. 14.
meis. vox. n. tua dulcis: Supplico, vt tua etiā vox
 sonet in aurib. meis, q̄a dulcissima illa est mi-
 hi: *i loquere Domine, quia audit seruus tuus, &* i 1. Reg. 3. 10
 loquere tu prior, vt aptē sciā tecū ex voto loq.

VOX SPIRITUS
 DE PONTE

§. 6. De quieta vnitione & perfecta cum
Deo familiaritate.

POSTEAQVAM quinque gradus con-
scenderis scalam mysticæ orationis, inter
alia dona quæ supremus dominus in ea
tibi communicare potest, illud est, vt ad sextum
vltimumque gradum te eleuet, cui ipse inni-
tatur, dicens tibi ad cor dulce illud verbum
Apocalypsis: a *Ascende huc*, & coniungere
mihî; ingredi portam huius coeli, quæ tibi
paret, vt videas & contempleris diuina mea
mysteria: b *abscondere* aliquo temporis spa-
tio; n *absconditæ faciei* meæ, & in intimo di-
uinitatis meæ, quod non accedit *conturbatio*
hominum. Et quoniam vox Dei efficax est, quid
aliud eam consequetur, quam quod S. Ioannes
in eodem loco subiunxit: & statim fuit in spi-
ritu, quasi diceret: mox relicto corporis eius-
que sensuum vsu, superioribus animæ meæ fa-
cultatibus coniûxi me supremo spiritui, qui est
Deus, factusque c *sum vnus spiritus cum eo*
transformatus omnino in amorem eius, &
particeps hac vnitione effectus splendorum,
virtutum, ac donorum diuinitatis eius, quale
manere solet ferrum, cum est in magnum igne
iectum.

TUNC autem conceditur perfectè donum
illud, quod familiaritatem cum Deo vocamus
quod quidem non est semel aut iterum orare,
sed frequentissime, valdè amicè, ac fiducialiter

Deum

a Apoc. 4. 1.

b Psal. 30. 21.

c 1. Cor. 6. 17

Deum alloqui, sicut magnus aliquis amicus cū alio sibi intimo colloqui solet, & aliquis maximè familiaris cum suo principe, filius cum suo Patre, ac denique sponsa cum dilecto suo sponso: ac propterea sanctus Bernardus perfectam orationem definiit, quod sit, *hominis ad Deum adhaerentis affectio, & familiaris allocutio, & statio illuminata mentis, & ad fruendū quamdiu licet.* Verba, quæ ibi dicuntur; secreta quæ manifestantur; delicia, quæ gustantur; vires quæ recipiuntur; & spirituales dinitia, quæ tibi comparantur, sentiri potius possunt, quàm explicari. Contende per sacram hanc scalam tanto seruire ascendere, vt ad eius culmē peruenias; & ita fortè senties.

Ad fratres
de Monte
Dei, post
medium.

ATTENDE verò, quos S. Iacob vidit, d*ascendentes & descendentes*, fuisse Angelos d*Gen. 28. 12* Dei; qui non volando ascendebant, nec vno passu plures gradus transgredientes; sed ab vno ad alterum proximum gradum, cum debita mora & grauitate ascendentes; eadem forma descendebant absque interruptione talis exercitij. Quid autem hoc totum est, nisi quod te doceat.

1.

PRIMUM, eos, qui per excelsa huiusmodi exercitia ad supremum vsque eorum culmen ascedunt, debere esse Angelos, quod attinet ad vitæ puritatem: exuentes scilicet omnes affectus terrenos, & optantes imitari purorum spirituum sanctitatem.

2.

DEINDE, non debere præsumere vno volatu ad contemplationis culmen, & supremā

IUX SPIRITUS
DE PONTE

cum Deo vnitionem ascendere ; sed prius debere in quiete exercere te in cæteris actibus, quæ ad eam disponunt, hærendo in singulis, quantum opus est ad eos perfectè eliciendos.

3. TERTIO, vt eadem mora, per omnes eius actus descendas, examinando quid in singulis egeris; & super eos ita reflectendo, vt, quod imperfectum deprehenderis, corrigas, & quod decreueris, exequaris.

4. QVARTO quod oporteat hæc exercitia absque cessatione aut intermissione continuare; ita tamen vt nunquam animo deficias, propterea quod pcul omninò te esse videas, vt sis sicut Angelus, & ad scalæ culmen peruenias. Nam ipsa oratio eam virtutem habet, vt homines in Angelos conuertat, iuuetq; per omnes hos gradus conscendere. Et quamuis ad summum eius non peruenias, non tamen magna utilitate defraudaberis. Quia etiam in imo est utilitas maxima, vt licebit videre in ijs, quæ de singulis gradibus huius scalæ, in huius libri progressu dicetur.

5. IN quo ita sunt regulæ ac documenta legenda, quæ tradentur, vt præcipuè inniti oporteat Spiritus S. directioni & Magisterio: pluris omninò faciendo, quod ea exerceas, quæ vt scias; nec te semper alligando ordini, quo illa proponuntur. Et si enim magni referat, hoc totum nosse, & in initio etiam exactè seruare; postea tamen euenire solet, vt sicut, qui Musicam discit, eius exercitatione eo perueniat, vt cantet, pulsetve instrumenta valdè dextrè absque re-

flexione ad artis præcepta; aut attentione, quomodo mouere digitos debeat: sic, inquam, qui perfectè orat & contemplatur, exercet re ipsa hanc artem, non attendens ex instituto ad regulas & documenta, tradita sibi ad eam exercendam. Nam nimium ad ea attendere, solet impedire illud præcipuum quod queritur, sicut S. Antonius Abbas dicebat: non esse perfectam Orationem eius, qui re ipsa cogitat se orare. Perfecta enim oratio ita spiritum rapit, ut adhuc non reflectatur; nec aliud cogitet, quam ipsum Deum, quocum agit. Et ob hanc inter alias causam, qui minus sunt literis instructi, solent magis esse deuoti: quia minus his reflexionibus assueuerunt, orantq; simpliciter, non attendentes quomodo discurrant: eoque amplius oblectantur celestis huius Musicae suauitate, quò minus tunc occupantur, attendendo ad regulas artis. O Deus æterne, cui

nihilio docet de omnibus, doce nos aptum medium in his altissimis exercitijs seruare; ne vel nimium industrijs nostris confidamus, vel omninò eas negligamus; sed tuæ infinitæ misericordiæ confidamus, quæ defectus supplebit industriæ nostræ, quò ad summum vnitionis tecum apicem ascendamus: vbi Spiritus noster tuo coniungatur in æternum.

Cassian. col. 5. c. 30.

Gerson de mystic. i. heol. specula consider. 43

et. Ioan. 27.

UX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT II.

PONITVR SVMMMA QVAEDAM Excellentiarum & Vtilitatum perfecta Orationis; & Virtutum, quae in ea exercentur, & rerum, quae in eadem tractantur, extracta ex Praecatione Dominica, & septem eius petitionibus.



X praefato in proximo capite fundamento deduces primum, quanti momenti sit Oratio, quae eius utilitates & Excellentiae, ut magis ad illam afficiaris, quae nulla re alia magis laudari potest, quam si bene declaratur, quid ipsa sit, quidque in se completatur. Ex eo autem quod breuiter dictum est intelliges, hunc orandi modum, & cum Deo familiariter agendi, principium esse, medium, & finem vitae spiritualis, & Christianae, ac religiosae perfectionis. *Principium* est, unde in via purgatiua tibi sit inchoandum, ut à vitijs & imperfectionibus tuis omnibus purgeris. *Medium* est, cui inniti oportet, ad crescendo & proficiendum in via illuminatiua, in virtutum omnium augmento. Est denique finis, ad quem

quem peruenies in via vnitua, vt dulcibus eius fructibus fruaris, coniungente Creatori tuo per excellentissimam charitatem, & impetras beatitudinem, qua possis in hac vita gaudere.

QVOD totum, vt in lucidissimo quodam speculo videas, non tamen a scopo nostro declinans, conijce oculos in Dominicam precationem, in qua excellentissimis huius virtutis Magister Christus D.N. eas res omnes delineauit, quæ eius Excellentias, vtilitates, & necessitatem nobis possunt manifestare.

Matth. 6. 9.
Luc. 11. 2.

MIRA autem dispositione, in ipso statim Orationis vestibulo, iussit Deum appellare PATREM NOSTRUM, Sic nos docens, Orationem, quam ipse nobis commendabat, esse familiarissimam quandam cum ipsomet Deo tractationem, colloquendo scilicet cum eo, nõ sicut mancipia aut famuli cum Dominis suis; aut subditi cum suis Principibus colloquuntur: sed sicut filij cum parentibus; valde scilicet frequenter, magno amore & fiducia, infundente adhuc ipso nobilissimum filiorum eius a Spiritum in quo clamamus: Abba pater, bis scilicet, imò millies quotidie illum Pater Pater appellant. Vult autem & alterum illud verbum addi: QUIES IN COELIS, vt intelligas, in hac Oratione ascendendum tibi esse Spiritu in ccelos; ibique cū cælesti tuo Patre, ita familiariter agendum, sicut ipsi beati agunt: eo scilicet modo quo licet illos hic in terra imitari.

Pater noster

a Rom. 8. 15.
Gal. 4. 6.

Qui es in
coelis.

HANC (ait S. Chrysostronus) summã esse
r.

excel-

UX SPIRITUS
DE PONTE

Lib. 2. de o-
rando Deū.

Isa. 6. 2.

Lib. 1. de o-
rando Deū.

2.

excellentiā, & hoc esse omnium maximum:
& hunc honorem, etiam Angelorum superare
maiestatem, quod Creatura loquatur & fami-
liariter cum suo Creatore agat. Nam licet om-
nes possint imaginari; quanta hæc sit dignitas;
nullus tamen id sufficienter declarare potest:
Exuperat enim ipsorum Angelorum dignita-
tem: quod ipsimet agnoscunt, indignos se tan-
ta maiestate reputantes. Nam ideo b Seraphim
cum Deo loquentes, *faciem suam & pedes dua-
bus alis velant, alijs verò volant.* Velando fa-
ciem significantes sanctum Timorem & re-
spectum ad Maiestatem diuinā, volantes ve-
rò, quia sic inquieti sunt, tremorem, quo in e-
ius præsentia manentes afficiuntur. O diui-
næ charitatis altitudinem, quæ huius terre
vermiculos ad tantam extollis dignitatem,
quæ cœlestes Angelos excedat? Et quid hoc
est Domine, nisi velle illos facere sicut Ange-
los in vita, quos ad eorum admittis munus? Mi-
nores illi sunt Angelis in natura; quos tamen
oratione illis facis æquales in puritate & san-
ctitate. *Quid enim* (ait S. Chrysostomus) *po-
test inuoniri sanctus ihs, qui cum Deo commer-
cium habent? Quid iustius & quid sapientius?*
si is, qui cum sapientibus agit, est sapiens, qui a-
git cum Deo, quantam habebit sapientiam? &
quantas obtinebit spirituales diuitias? si qui
Regibus sunt chari & familiariter cum eis a-
gunt, pauperes esse non possunt, nec abiecti
quin potius ex ea familiaritate proueniunt il-
lis Diuitiæ, Honores, ac Dignitates, magna que
facul-

facultas ad suis amicis benefaciendum. Quanto magis qui cœlesti Regi charus est, cum eoque familiariter in oratione agit, diues erit. in magna domorum cœlestium abundantia, sibi ipsi in primis, deinde, vt alijs beneficiat?

HINC prouenit etiam alia excellentia orationis, cuius causa dirigitur ad Patrem nostrum, qui est in cœlis: quod scilicet eius sit officium, ad illas Empyreï cœli Indias ascendere, indeque earum thesauros huc afferre, quibus anima adhuc in terra degens, conuertatur in cœlum. Quamobrem dicit S. Augustinus, etiam iustos esse cœlos, in quibus Pater cœlestis latet, quorum cor est instar cubilis aut viui templi, aut cuiusdam Empyreï cœli, in quo illi cum Deo colloquuntur; ipseque eos audit, in ijs conquiescit, & oblectatur: cuius cœli *deliciae sunt esse*, & conuersari *cum filijs hominum*. Et hoc bonum (ait S. Chrysostomus) ex oratione illis prouenit: illa enim animam efficit templum, & habitationem Dei; exornans illam tapetibus & lapidibus pretiosis admirabilem virtutum, quò digna sit tanti Domini habitatio, quem nec cœli, nec terra capere possunt; exercetque in ea admiranda illa opera, quæ ciues cœlestes exercent. O supreme Pater, quas tibi gratias referemus, quod nos ad tantam dignitatem extuleris; vt liceat nobis tanquam filijs, ad tuum conspectum accedere, tecumque in hac terra conuersari, sicut faciunt Angeli in cœlo: concede nobis, ita ea dignitate vti, sicut tibi placet; vt altissi-

ma ob-

3.

De ferm.
Dom. in
monte c. 9.

c Prou. 8. 31.

DUX SPIRITUS
DE PONTE

ma obtineamus dona, quæ nobis ob eam offers.

4.

SED accedamus nunc ad peculiare excellentias & utilitates altissimæ huius virtutis declarandas, quæ in septem illis rebus continentur, quas Christus D. N. tanquam argumentum & materiam designat petitionum nostrarum, & omnium colloquiorum cum Cœlesti nostro Patre, cum quo solum decet agere, de nominis eius sanctificatione, de regni eius mysterijs, executione eius voluntatis, de quotidiano corporis & animæ nostræ pane, de nostrorum peccatorum venia, de victoria tentationum, & præsertione à malis. Quis vero ea magnalia sciet declarare, quæ in singulis harum septem rerum continentur? mirum enim in modum nō solum eas in oratione petimus; sed exercemus etiā, & impetramus, sicut in progressu apparebit.

Sanctificetur nomen tuum.

§. I. DEVM per Orationem glorificari.

PRIMUM, in quo excellentia & necessitas orationis elucet, est quod illa fit medium quoddam, quo Dei nomen sanctificetur, agnoscatur, & glorificetur à nobis, & in nobis; ita ut linguæ nostræ, multoque magis ipsa viuendi ratio, instrumenta sint glorificationis eius, inter omnes creaturas. Oratio enim illustrationes impetrat cœlestes, quibus

1. iacob. 1. 17 à Pater luminum instruit, permouetque homines,

nes, vt in ipsum credant, eum agnoscant & venerentur: ipsa impetrat splendores virtutum, & operum Heroicorum; & ipsa prodigia, quibus Deus in toto orbe terrarum glorificatur: eadem in lucem producit gratiarum ac donorum claritatem, quam Deus in æterna sua predestinatione absconditam habet; manifestando eam ad ipsius & electorum eius gloriam: sicut cernere licet in oratione, quam Christus D. N. ad æternum suum Patrem habuit, dicens: *b Nunc glorifica me tu Pater apud te metipsum claritate quam habui priusquam mundus esset, apud te.* Quasi diceret, fac palam & manifestam gloriam, quam de me decretam habes: & alibi, *c Pater clarifica nomen tuum,* & statim, *venit vox de cælo & clarificauit & iterum clarificabo,* ita indicans, se ob ipsius orationem, ipsum clarificaturum.

b Ioan. 17. 5.

c Ioan. 12. 28

Lib. 1. Dial. c. 8. 2. 2. q. 83. a. 2.

EX quo infert S. Gregorius, expenditque valde S. Thomas, orationem esse præcipuum medium diuinæ prouidentia, ad exequendum quod in sua æternitate statutum habet; adeoque interdum oratio est necessaria, vt decreuerit ipse non aliter illud exequi, quam oratione mediante. Oratione impetrarunt antiqui Patres executionem incarnationis Filij Dei, quæ illis erat promissa; & Filius ipse oratione impetrauit, quod ait Dauid: *d Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra:* Per orationem Apostoli impetrarunt dilationem gloriae Christi IESV in mundo; & conuersio-

d. Psal. 2. 8. Colof. 4. 3.

Direct. spirit. L. D. P. C nem

LUX SPIRITUS
DE PONTE

e Iacob. 5. 16

nem eorum, qui erant aliàs ad coelum præordinati. Quod si tu vnus es ex præordinatis, per quem Deus glorificabitur, per Orationem impetrabis prædestinationis ipsius executionem. *e Orando* scilicet (vt ait S. Iacobus) *vt salueris.* Quid itaque excellentius esse potest, aut maioris momenti, quàm ipsa oratio? per quam dno illa excellentissima bona impetratur; glorificatio scilicet nominis Dei in suis Creaturis; & animæ tuæ, per gloriam, ad quæ est præordinata; & per gratias, quæ à diuina prouidentia illi proueniunt. O Deus æterne, clarifica me hoc orationis dono; vt te ita clarificem, sicut tu dignus es: & ego clarificer in te, & tu in me per illa dona, quæ statuisti mihi dare, antequam ego essem, & antequam mundus cor deretur.

NEC verò solum in oratione petimus, vt nomen Dei sanctificetur, sed in eadem etiam ipsum sanctificamus multis modis: nunc gaudētes de sanctitate, quæ in se habet; & propter eam illum laudantes, dicentes cū Seraphinis; Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dñs Deus Sabaoth. Utinã tota terra impleretur gloria tua, sicut est plena tua misericordia; Nunc ex totis visceribus optantes eius sanctitatem imitari, vt simus sancti sicut ipse est; qui id ita iussit; Nunc ipsam sanctitatē exercētes actibus Heroicis virtutū, in quibus illa cōsistit, vt sanctitas Dei, ex nostra cognoscatur. Ibi copiose interdū lacrymę fluūt, cū aduerto, me nō ita sanctificare Deū, vt par est, eiusq; nomē blasphemari inter gentes;

gentes; ibi cordis exultationes ex charitate, cū video, Deum à iustis sanctificari: ibi pura intētio eundē sanctificandi in omnib. quæ cogi. a- uero, dixerō, aut fecerō per totā vitā; ibi odiū sapē adest propriæ meæ gloriæ, quo diuina au- geatur; & propositū efficac, illā promouendi, quāuis cum propriæ meæ detrimento. O san- ctissima oratio, vera mater sanctitatis. quæ Deū habes patrem, O pater sanctissime, siquidē me cupis esse sanctū, cōcede mihi donū orationis; quæ adeo est potens, ad hoc vt flām sanctus; re- separes orationem à me, ne etiam sanctitas si- mul recedat.

§. 2. *Quod per orationem impetretur, & nunc etiam deliberetur Regnum Dei.*

A TQVE hinc oritur secūda orationis ex cellentia, in qua etiā apparet, quanti sit illa momenti: Quia est medium, per quod veniat ad nos Regnum Dei, tam illud, quod promittit nobis in hac vita, quod iuxta Apostolum, a *Ist iustitia & Pax, & Gaudium in spiritu s.* quam illud, quod in futura speramus, ad correptandam cum Deo in paradiso. Oratio itaque adfert nobis primum Regnum, *b quod vt ait ipse Christus: est intra nos, &c.* b *Luc. 17. 21.* ingreditur cor nostrum; nosque postea dedu- cit in cœlum, vt ingrediamur in secundum; il- la ostendit nobis vtriusque pulchritudinem, & copiosam communicat sapientiam, sapidā scilicet spiritus scientiam; & iustitiam, quæ tam altē ascendit, sicut montes Dei; & *c naturam. quæ exuperat omnem sensum.* c *Phil. 4. 17*

UX SPIRITUS
DE PONTE

d Rom. 14.
17.
e Gal. 5. 22.
f Ilia 50. 7.

Gradu 28.

g Luc. 3. 21.

h Luc. 9. 29.

& d gaudium in Spiritu sancto, qui est e fructus eius, qui per suam prophetam dixit: *f Adducam eos in montem sanctum meum, & latificabo eos in domo orationis meae.* Vocat orationem suam, tum ob amorem suum erga illam, tum ut intelligatur, fructus, qui ex ea proveniunt, non esse nostros, sed ipsius; ac proinde esse fructus dignos Deo: ac denique lætitia, quam oratio affert, (ut ait sanctus Ioannes Climachus) sufficiens est, ad reddendum centuplum huius vitæ; & nos urgendos, ad festinandum, ut perueniamus ad regnum alterius vitæ. In cuius rei testimonium Christus D. N. inter orandum aperuit nobis duorum horum regnorum amplitudinem. Nam ubi legimus vllum primum orasse, *g apertum est ei cœlum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cœlo facta est. tu es filius meus dilectus, in te complaceui mihi.* Quid autem fuit hoc totum, nisi quod nobis significare voluerit orationem esse clavem ad portas cœli; easque aperire, ut eo ingrediatur spiritus noster ad secreta cœlestia cognoscenda; efficereque ut Spiritus Dei inde descendat, qui habitat in cordibus nostris; fabricetque in eis nidum, in quo diuina hæc columba resideat, implens nos donis gratiæ suæ, adoptionisque filiorum Dei per eam.

Et iterum h Orans idem Dominus, *transfiguratus est magno splendore & gloria, quem splendens nubes obumbravit & eadem vox æterni Patris audita est:* ita nobis significans,

oratio

orationem nostram eleuare nos ad montem gloriæ; in diuinitatis nubem introducere, & ad perfectam filiorum Dei adoptionem pro-
 uocare, efficereque nos hæredes ac possessores regni eius: quare si vis, cælum tibi sicut Redemptori tuo aperiri, ora; si vis beneuolam æterni Patris vocem audire, verumque filij spiritum impetrare ora; Si vis, sicut i *Moyſes* ob-
 i *Exod. 24. 16.*
 scuram nubem intrare, contemplando fidei lumine secreta diuinitatis; ingressurus postea claram, sicut Christus D. ingressus est, vt eadẽ claro lumine gloriæ contempleris, ora ferẽter. Nam oratio petit regnum Dei, atque etiã impetrat; illa illud meretur, atque prægustat; illa nos beatos facit, spe primum, deinde etiã possessione. O Rex supreme, adueniat mihi donum orationis, vt per eam etiam perueniã ad tuum Regnum, & inestimabiles gratiæ gloriæq; tuæ diuitias. Amen.

§ 3. *Orationem facere nos similes ihs, qui sunt in cælo.*

HVI C orationis excellentiæ coniungitur tertia, quod scilicet oratio sit efficacissimum medium, ad voluntatem Dei ita exequendam in terra, sicut fit in ipso cælo: in qua executione (vt Tractatu quarto ostendetur) consistit summa totius perfectionis, quæ potest in hac vita desiderari, quam ipsi oratio impetrat, non solum cælestem hæc obedientiam petendo, sed eandem etiam actu

Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.

C. 12.

UX SPIRITUS
 DE PONTE

valdè eminenter coercendo. Feruenti enim oratione exuimus propriam nostram voluntatem, vt nos totos diuinæ subijciamus; ipsumq; amorem exacuimus, ac perficimus, vt soli Deo coniungatur, exercendo sex illos actus, in proximo capite indicatos. Facimus in terra, quod faciunt beati in cœlo, Et propter has excellentias affirmant SS. Patres, (vt cœpimus dicere) perfectam orationem efficere iustum Angelis æqualem, animamq; ipsam à vinculis corporis expedire, Spiritû in altum eleuare, & efficere vt superfluas omnes sustentationis curas abijciat, & ita in carne viuat, atque si illa non esset. Quod (ait S. Chrysostomus) efficit *miris modis* & prodigiosis mutationibus, commutando scilicet corda carnalia in spiritualia, tepida in feruentia, humana in diuina quæ miro etiam modo communicat illis proprietates Seraphinorum, qui existentes in diuina præsentia, eiusque laudes decantantes *stant* simul quatientes alas, tanquam exire inde ad aliquid aliud vellent: vt intelligamus (quod perpendit S. Dionysius) promptitudinem ac velocitatem, qua accedunt ad obediendum, & exequendum, quod Deus iubet. Ipsa enim Dei præsentia & arcta cum diuina illa Maiestate familiaritas eos inclinatur, & ad exequendum, si opus est, ex ipso cœlo: ipsi Deo obediendi gratia. Quod si oratio sit perfecta, ipsa te impellet ad voluntatē diuinam ita in terra exequendam, sicut Seraphini, qui ipsum habitant cœlum, talesque alas tibi

Lib. 1. de oratione
ando Deū.

Isai. 6. 3.

præ-

præbebit, vt laborem in præcepti executione non sentias, ex quo fit, vt oratio sit excellentis meriti. Et quoniam exerceri potest quocumque tempore, ideo (ait S. Bonaventura) poteris per illam in quacunque hora id promereri, quod præualet toti mundo. Fodiant itaque filij huius sæculi in cauernis & mineris terræ, vt suum aurum & argentum multæ scoriæ admixtum eruant, magno timore, ne fures illud deprædentur, aut ipsa mors rapiat; Tu autem, si filiorum Dei sortem desideras, in his potius orationis mineris fodias, in quibus thesaurum inuenies, qui nec auferri, nec consumi possit: quin potius eo frueris absque molestia, coniungendo ipsa oratione media, voluntatem tuam cum diuina.

S. 4. *Orationem impetrare nobis refectionem spiritualem & corporalem.*

NE verò existimes, omnes orationis diuitias esse inuisibiles, audi quartam eius excellentiam, quod scilicet illa fit mediū, ad quotidianū panē corpori & animæ impetrandum. Verbum est enim ipsius Christi *D. quod a amico petenti tres panes liberalissimè sit daturus quotquot habet necessarios. Qui autem sunt hi tres panes, nisi Spiritus, Sacramentalis, & corporalis? Oratio autem impetrat spiritualement gratiæ ac deuotionis panē, qui spiritum & sustentat & corroborat,*

Panem nostrum quotidianum dabis hodie

Luc. 11. 3.

UX SPIRITUS
DE PONTE

Et panem sacramentalem, in quo latet ipsemet Christus, panis viuus, qui descendit de cœlo, ut alat comedentem; & panem corporalem, hoc est quidquid ad vitam corporis sustentandam, est necessarium.

SE D vterius adhuc progreditur orationis eminentia & præstantia. Nam ipsamet (teste S. Thoma) tanquam proprium effectum efficit actualem spiritus refectionem, in magna abundantia & voluptate eius, per sex illos actus, quos complectitur: Et eisdem (teste S. Bernardo) prospicit nobis de tribus panibus, de pane scilicet veritatis ad refectionem intellectus cum sanctis meditationibus de pane charitatis, ad sustentandam voluntatem feruentibus affectibus; ac de pane fortitudinis, ad corroborandam infirmam carnem, quæ ex reliquis spiritus plurimum animatur, ad quiduis aggradiendum, quod spectat ad obsequium diuinum. Conuoca igitur omnes tuas facultates, ut audiat beneuolæ excelsæ huius virtutis orationis voces, quæ (ut ait S. Ioannes Climachus) instar Reginae sedet in suo Throno, nosque vocans ingenti clamore, dicit. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, quo labor vester subleuetur, & onus alleuietur vestrum. Tolkte iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris, & corporibus. Sine me enim onus legis est valdè graue: mecum autem factum leue, tolli facillè potest; sine me mortificatio est res amara; mecum autem est dulcis; Crux sine me est*

into-

2.2. q. 83. a. 13

Serm. de tribus panibus in Rogationibus.

Gradu 28.

Matt. 11. 28.

intolerabilis; per me autem fit valde iucunda. O calcissime IESU, qui per os orationis hæc mihi verba dicis, Aperi meas aures, vt audiam, eamque in sociam fidelem mihi accipiam, tu es verè *c panis vitæ*, qui tamen absque oratione non ita comedi poteris, vt in sumentis vtilitatem cedas: Illa enim te recipit in memoria, & ruminat meditatione; Affectu te degustat. amore te sibi ipsi incorporat. Denique imitatione facit nos tibi similes. *d Si esuris ac sitis iustitiam*, anima mea, recurre ad orationem, in qua *satiaberis. e nec obliuiscaris hunc panem comedere, ne areat cor tuum.* Quid si corporis panis tibi deficit, accede etiam ad orationem, *f qui enim dat escam pulis coruorum inuocantibus eum*, cum à parentibus deseruntur, attentius audiet orationem filiorum suorum, panemque quotidianum liberaliter dabit.

c Ioan. 6. 35

d Matth. 5. 6

e Psal. 101. 5

f Psal. 149. 9
& Job 38. 41

§. 5. *Orationem liberare nos à tribus magnis miserijs.*

CONIVNGAMVS nunc reliquas tres orationis excellentias, quod scilicet sit medium efficacissimum, ad nos liberandos à tribus nos circumstantibus miserijs; quarum remedium tribus vltimis dominicæ orationis petitionibus petitur, à *peccatis* scilicet, à *tentationibus*, & ab æternis ac temporalibus *malis*. Est enim oratio potentissima ad impetrandam veniam omnium pec-

Dimittre nobis debita nostra.

UX SPIRITUS
DE PONTE

a Luc. 18. 13

b Luc. 15. 19

c Mat. 18. 26.

32.

catorum, quamuis innumerabilium & graui-
 fimorum. Quid a *iustifi. auit Publicanum* nisi
oratio, quam habuit *in templo*? Quid nisi ora-
 tio, b *patrem filij prodigi* emolluit, & ad eum
 tanta facilitate recipiendum permouit? Quid
 regis iram placauit contra c *seruum qui debe-*
bat ei decem millia talenta quem quod non ha-
beret vnde redderet, iust tanquam mancipiū
 vendi: nisi humilis oratio, quam *prociens* ha-
 buit, vt propterea *debitum totum ei dimiserit,*
quoniam (inquit) *rogasti me*. Quod si debitum
 fuisset decies millies maius, totum condona-
 sem, si ita me rogasses neque enim tales preces
 despiciere possum. O infinitam orationis vir-
 tutem, ad quam omnis peccatorum numerus
 est paruus, omniſque eorum grauitas est leuis:
 eo quod possit ipsa remissionem impetra-
 re cuiusque debiti, etiam infiniti. Et quoniam
 ipse Christus Dominus tanquam conditionem
 ad nostra debita dimittenda, apponit, vt no-
 stris quoque debitoribus nos dimittamus: ipsa
 oratio hanc quoque conditionem adimplet, e-
 molliens corda etiam indurata, vt pro suis inet
 inimicis orent, dimittēdo illis sicut ipsi cupiūt
 sibi dimitti. Fornax enim orationis est ignis
 immensus, in quam etiam si instar ferri durus
 ingrediaris, emollesces instar ceræ, cū exis
 ab ea.

Et ne nos in
 ducas in
 tentationē,

QV ID autem dicam de virtute orationis,
 ad circumstantes nos tentationes, ne nos
 summergant, euincendas? Illa enim trium-
 phat de suggestionibus doemonis, de perfe-
 cutione

cutionibus mundi, & de carnis passionibus.
 Quoties (inquit S. Isidorus) tetigerint te ten-
 tationes vitiorum, toties recurre ad orationē,
 quæ vnicum est remedium ad illas superan-
 das. Propterea siquidem Saluator dixit suis
 Apostolus in nocte passionis: *d Vigilate & o-* d Mat. 26. 41
rate, vt non intretis in tentationem Quod si il-
 li sicut ipsorum Magister orassent, non fuisset
 victi; sed sicut Magister vicit, quia orauit: Ita
 illi fugerunt, quia dormierunt, & non orarūt.
 Homines (ait S. Bonauentura) consueuerunt
 clamare, & auxilium petere, cum vehemens a-
 liquis ignis domum inuadit, aut violenta ve-
 nit inundatio, aut obsidentur à potente ali-
 quo exercitu. Si te vrit concupiscentiarum i-
 gnis, ora: sic enim, *e orante Moysē ad Dominū,* e Num. 11, 2
absorptus est ignis, qui accensus fuerat in ca-
stris. Si te affligit inundatio & tempestas cu-
 rarum huius sæculi, ora: *f orantibus enim apo-* f Mat. 8. 25
stolis, cessauit tempestas maris, factaq; est trā-
quillitas magna, nauisq; appulit ad portum.
 Si cernis te ab innumeris hostibus obsideri, o-
 ra: potius enim *e Moyses orando, manusq; suas* g Exod 17. 11
leuando in cœlum, quàm Iosue pugnando, ho-
 stes vicit. Potens est oratio impetrare h
duodecim legiones Angelorum, qui pro nobis h Mat. 26. 53
 pugnent contra Dæmones. Et quid dico An-
 gelorum? ipsemet eorum Dominus venit
 in nostrum auxilium: ad eò enim oratio-
 nem amat, vt statim, vbi illa est, accedat; li-
 beretq; ipsum orantem: quia id petit, & pul-
 fat.

IUX SPIRITUS
 DE PONTE

Sed libera
 nos à malo
 i Gen. 32. 9.
 k Dan 3. 24.
 l Ion 2. 2.
 m Dan. 13. 42.
 Lib. 5. in Luc
 n Eccl. 38. 9.
 o Iacob. 5. 15.
 S. Bonavent.
 in medit.
 vitæ Christi
 c. 36.
 p Psal. 65. 20.

DENIQUE oratio liberat nos ab omni ma-
 lo culpæ & pœnæ æternæ, ac temporalis in eo
 gradu, qui nobis expedit, vt à malis tempora-
 libus liberi simus, ne incurramus spiritualia.
 Oratio liberauit i Iacob ab ira fratris sui Esau,
 & à multis alijs periculis, in quibus fuit, vt
 mox videbimus. Hæc liberauit k tres pueros
 de Camino ignis Babylonici; l Ionam de ventre
 Cet; m Susannam à morte, quæ ex falsa calu-
 mnia ipsi imminebat. Et ipse Christus D. N. o-
 rando sanabat infirmos, à dæmonibus libera-
 bat, mortuosque suscitabat; non quod ipse, ad
 ea præstanda, oratione opus haberet (vt ait S.
 Ambrosius), sed quod nos ea opus haberemus,
 ideo suo exemplo, ad eam animabat n Fili (ait
 Sapiens) in tua infirmitate ne despicias te ipsum,
 sed ora Dominum, & ipse curabit te. o Oratio
 enim fidei (ait S. Iacobus) saluat infirmum, &
 alleuet eum Dominus. Si tristis es & afflictus,
 ne desperes, sed ora: oratio enim tristitiã ex-
 pellit, & ab omni afflictione liberat. Et si te
 videris ad ipsas inferni portas, ne præmittas
 orare: Oratio enim stabit coram te, & os eius
 crudele occludet, ne te deuoret, nec cruciet.
 Et in quacunque te calamitate & miseria posi-
 tum videas; intellige, orationem esse medium
 quoddam omnipotens, quod te ab omnibus
 malis liberet, omniaque adferat bona, sollicitè
 vrgens diuinam omnipotentiam, vt consueta
 sua in te misericordia vtatur. Propterea enim
 dixit Dauid. p Benedictus Deus, qui non amouit
 orationem meam, & misericordiam suam à me.

Infinuans (vt benè expendit S. Augustinus in eum locum) esse initum pactum inter orationem, & misericordiam diuinam, vt neutra ab altera separetur. O Pater misericordiarum, largire mihi donum orationis, quæ certum est medium, per quod illas ad nos dirigis: nec permittas orationem meam separami à me, ne tua misericordia me deserat. Certus sum etenim, si oratio me semper comitabitur; tuâ quoque misericordiam me semper protecturam, & ab omni miseria liberaturam.

§. 6. Orationem esse necessariam.

EX omnibus prædictis sequitur, Orationem ad eò esse necessariam ad conseruationem vitæ spiritualis, & ad nos eruendos à malis, & hostibus, qui eam pessundant, vt (teste S. Thoma) præceptum sit naturale & diuinum, quo ad eam habendam sub reatu noui peccati teneamur: cum videlicet nos videmus in arcto labendi periculo, nisi ad Deum recurramus, vt suam nobis porrigat manum. Si enim *a est genus dæmoniorum, quod non eijcitur nisi in* a Matt. 17. 20
Oratione & Ieiunio, necesse omninò erit orare, vt ab eius tyrannide liberemur. Et propterea dixit Christus D. N. quod *b oportet semper* b Luc. 18r.
orare. & non deficere. Si enim oratio deficit, defecerint omnia bona prædicta, & ipsa vita spiritus, quæ ab ea depèdet: Et sicut corpus sine anima est cadauer deforme, foetidum, & vermibus scatès; ita (ait S. Chrysostomus) anima; Lib. 1. de orando Deū.
 quæ

JUX SPIRITUS
DE PONTE

quæ orationem contemnit, eò deuenit, vt peccatis moriatur, vitijs deformetur, malisq; exemplis fateat, & conscientia remorsibus repleatur. Quod si es prudens, maius detrimentum reputabis, oratione privari, quam ipsam mortem obire: sicut ille Propheta potius voluit exponere se periculo mortis, quam orandi exercitium prætermittere, existimans quod exponeret se periculo amittendi vitam animæ, si orationem relinqueret; ideoq; maluit vt corpus moreretur quam spiritus. Magna, (inquit S. Laurentius Iustinianus) est vis orationis, quæ Deum placat, Angelos lætificat, Sanctos oblectat, penetrat cælos, impetrat quæ petit, terret dæmones, hostes vincit, homines permutat, vires reficit, spiritum corroborat, animam Deo coniungit, deuotionem generat, ac dulcedine replet, colligit dispersas cogitationes, facitque vt intra nos ipsos cum voluptate habitemus, & audeo (inquit) affirmare, absq; ea te non consecuturum salutem æternam. Diuina enim misericordia, à qua illa dependet, per orationem applicatur; suosq; operatur effectus, qui vitam æternam promerentur. O gratia gratiarum sacra oratio, quid amplius de te dica, vt tuam declarem excellentiam, & quam sit mihi necessarium tuum subsidium! Ego sum fons omnium miseriarum, tu mihi fons omnium misericordiarum; tecum vivo, sine te morior; tecum fortis sum & robustus, sine te debilis & infirmus, tecum repletus sum bonis, sine te repleor malis; O spiritus diuine, qui

septem

Dan. 6. 10.

septem tua dona nobis largiris, vt sciamus tecum loqui; & septem has petitiones proponere: Da mihi donum sapientiæ, quo sanctificatum nomen; donum intellectus; quo tui regni occulta penetrem; donum consilij, quo recte possim voluntatem tuam in terra exequi, sicut in coelo, donum scientiæ, vt nouerim querere quotidianum spiritus panem; donum pietatis, quo inclinem, & alliciar ad dimittendum meis debitoribus, sicut tu mihi mea peccata dimittas; donum fortitudinis, ne temptationibus succumbam; donum denique timoris, vt omnia mala fugiam. Da etiam magnam orationis opinionem & æstimationem, per quam hæc omnia bona impetrem ab infinita tua liberalitate, ad gloriam sanctissimi tui nominis in æternum.

Amen.



UX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT III.

DE ADMIRANDA ORATIONIS VI AD VINCENDUM IN SPIRITUS PALAESTRA, LUETANTE IPSA TUM IPSOMET DEO. & QUAM MAGNA BONA IN EA LUETA IPSA LUCRETUR, & HAC RATIONE TUM IPSOS DEMONES: TUM QUATUOR INTERNOS HOSTES, VINCIT, QUAE ILLAM OPPUGNANT: DECLARATUR ETIAM, QUI ILLI SINT, & QUAE RATIONE VINCENDI.



INTER septem orationis excellentias haecenus numeratas, illa maximè eminet, quod sit medium necessarium valdeque efficax ad vincenda omnia certamina & pugnas Spiritus; tam eas, quae contra opera vitae actiuæ exsurgunt, quam quae contemplatiuam, & ipsammet orationem distractionibus, ariditatibus, alijsque mille modis a demonibus excitatis perturbant: de quibus dixit Apostolus; *a Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & Rectores tenebrarum*, qui nostra bona opera conantur impedire. Et inter alios

a Ephes. b. 12

fines

fines, ob quos Deus D.N. terribiles adeo luctas
 nobis permittit, vnus est, vt manifestetur ad-
 miranda orationis efficacia ad illas vincen-
 das; & gloriosi fructus, quos ex huiusmodi
 victorijs illa profert. iuxta id, quod scriptura
 diuina refert de Patriarcha Iacob, quod b
certamen forte dederit illi Deus, vt vinceret b Sap. 10. 12
 ipsa experientia sciret, quoniam omnium po-
 tentior est sapientia. Duplicem enim luctam
 valde insignem habuit Iacob: alteram horri-
 dam & valde prolixam cum fratre suo Esau,
 quæ incepit ab ipso vtero matris, vbi c *collide* c Gen. 25. 22.
batur in vtero eius parvuli, contendentes v-
 ter prius nasceretur, exiens autem tunc Esau,
 priorque nascens, ob eam victoriam ius ad
 primogenituram patrisque benedictionem si-
 bi vendicabat, quam cum Iacob d *surripuisset*, d Gen. 27. 36
 aucta omnino est Esau rabies in eum, statuitque
 magno furore eum persequi. Existenti autem
 Iacob in hoc periculo, obtulit Dominus se-
 cundam aliam stupendam luctam. Nam per
 totam vnâ noctem e *vir luctabatur cum eo* c Gen. 32. 24
vsque mane, Angelus scilicet qui ipsius Dei
 personam gerebat, qui vir cum videret, quod
 eum superare non posset, tetigit neruum femo-
 ris eius, & statim emarcuit, nec tamen pro-
 pterea Iacob a lucta destitit, dicens: *Non di-*
mittam te, nisi benedixeris mihi, sicut re ipsa
 benedixit, mutando nomen Iacob in Israel.
 Quoniam (inquit) *si contra Deum fortis fuisti,*
quantò magis contra homines praualebis? Qui-
 bus verbis omnem illi ademit metum, reddi-

IUX SPIRITUS
 DE PONTE

ditque securum, quod in virtute illius victorie
esset fratris sui Esau furorem victurus, & de
omnibus suis hostibus triumphaturus.

§. 1. De lucta orationis cum Deo D. N.

a Osee 12. 3.

HAEC insignis est illa lucta, de qua lo-
quitur Propheta Oseeas cum dixit
Quod a Iacob in fortitudine sua dicitur
luctus est cum Angelo pugnantique cum eo, inua-
luit ad eum & confortatus est. Modus autem &
ratio illum vincendi fuit, quia fleuit & roga-
uit Deum, Sic nobis significans, nos cum Deo
D. N. & Angelis eius luctari flendo & rogan-
do: qua ratione illos vincimus, quia fervens
oratio non aliud est, quam lucta quaedam spi-
ritus cum ipso Deo, ad illum ita vincendum
& inclinandum, ut nobis subsidio sit: quia te-
titulos rationesque ad eum permouendam
adducimus, ut cogamus quodammodo nobis
largiri, quod petimus. estque eius charitas ad
eum infinita, ut cum in alijs luctis constitutos nos
& afflictos videt, ipsemet & hanc secum lu-
ctam deducat, ut in ea ipsum vincamus. Valde
enim delectatur, cum nostra oratione vince-
tur: ut ipsa experientia discamus, quantum ei
ipsius gratia possimus, ad vincendum in reli-
quis pugnis & certaminibus. O divinae mise-
ricordiae altitudinem: o vim orationis inuincibilem: te laudent, Deus meus, infinite tua
misericordiae ob eam vim, quam in oratione
posuisse

Certamen
forte dedit
illi, ut vin-
ceret.

pefisti, ad graues & difficiles pugnas euincendas.

TREMENDA est procul dubio pugna inter spiritum per Iacob significatum, & carnem, eiusque amorem proprium, per Esau expressum, quæ ab ipso vtero matris nostræ inchoatur, vbi caro primam obtinuit victoriam, deiiciens animam in originis culpam. à quo tempore valde mansit in visceribus radicata, multa inter ipsos contradictio; *b concupiscit enim* (ait Apostolus) *caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.* Quæ quod antiquior sit non enim (ait Apostolus) prius quod spirituale est sed quod animale, deinde quod spiritale) prima illa victoria erecta; horrendè persequitur spiritum, cogitque gemere & clamare; *d infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, captiuante me in lege peccati?* nullus est, qui liberare me possit, nisi gratia Dei per Iesum Christum. Sed quis hanc gratiam ad carnem meam in hac lucta superandam impetrabit? Hoc præstat excelsa hæc orationis virtus, quæ præuenitur & iuuatur à gratuita ipsius Dei voluntate per Iesum Christum filium eius, cuius virtute viriliter cum vtroque luctatur, & gemitibus ac petitionib. ita illos vincit, vt largiatur, q̄ illa petit, si fortè nō eo equod amicus sit saltē propter improbitatem eius sicut Moyses cū Deo luctatus, & Cananæa cū Christo, victores tādē euaferunt. Si itaq, afflictum te & calamitate aliqua oppressū videris, surge iuxta cōsiliū saluatoris

b Gal. 5. 17.

c. 1. Cor. 15. 46

d Rom. 7. 24

e Luc. 11. 8.

D 2

eriam

IUX SPIRITUS
DE PONTE

etiam media nocte, & accede ad domum veri sui amici, qui est Deus; & quamuis fores claudas inuenias, ipsumque quasi occultatum, inclusum ac dormientem; pulsa, & precibus ac orationibus opportune importune clama, donec vincas, & seipsum tibi dedat. Luctare sicut Iacob tota nocte cum hoc magni consilij angelo, flens & rogans eum: Nam qui vincit, manus omnino tradet, vt vota ac desideria tua expleat.

QVIS vero bona illa enumeret, quae vincenti tibi in hac lucta obuenient?

1.

PRIMUM enim Deus hic inuincibilis, efficacissimo suae omnipotentiae ictu, neruum tanget carnis tuae, amorem scilicet proprium, eumque arefaciet; & vires eius ita debilitabit, vt non possit spiritui resistere; tunc con-

2.

mutabit nomen Iacob in nomen Israel, & luctatoris nomen, in nomen victoris fortissimi contra Deum; certa tibi indicia & pignora praebens, quod sis victurus reliquas carnis passionibus, & mundum, ac daemone: eo quod vincas ipsum Deum, qui omnibus est maior. Si enim fortis fuisti contra Deum, quid mirum si contra homines prauealeas, tibi que infernales potestates subijcias? si enim Dei voluntatem obtineas, tecum etiam habebis eius omnipotentiam, cuius virtute quascunque alias obtinebis victorias: & tunc etiam implebitur te, quod ait Scriptura: *f quoniam maior seruit minori quia caro rebellis subijcietur spiritui qui iunior est aetate, licet maior dignitate, ob-*

f Gen. 25. 23.

Rom. 9. 13.

edietur

4.
 edietque ei tanquam ancilla Domino, suo. Dabit tibi præterea Deus nomē Israel, quod etiam significat videntem Deū communicabit enim tibi donum contemplationis, quæ præmium est eorum, qui vincunt in hac vita; simulque coniunget in tuo spiritu vtrumque nomen & opera vtriusque vitæ, actiua scilicet & contemplatiua, vt hæc cum illis mutuo sese exhilarent & corroborent. Tunc denique copiosam suam benedictionem impartietur, non *in pinguedine terra sed in rore cæli*, ditantes g Gen. 27.28 gratias ac donis suis cœlestibus, iureque ad æternam primogenituram. Hæc omnia impetrat oratio: ipsa enim petit, & accipit; ipsa querit, & inuenit; ipsa pulsat ad Portas cœli, donec ei aperiantur, & inde omnia descendant: ipsa cum Deo pugnat, donec ipse illa mittat.

5.
 QUAMOBREM si velis, omnipotentem vincere, eiusque omnipotentia esse particeps, esto vir orationis; si carnem tuam cupis mortificare, eiusque nexos, quibus illa innititur, arefacere, esto vir orationis; si cupis triumphare de mundo & pompis eius, & nec homines nec eorum calumnias timere, & potius ipsis demonibus timorem, incutere, esto vir orationis; si vis, vt nomen tuum Deus commutet, & fortitudinem, tribuatque tibi quietæ & tranquillæ contemplationis donum, vt eum eo modo in hac vita videas, quo videri potest, & eo frui, esto vir orationis. Denique si cupis à patre luminum cœlestes omnes benedictio-

UX SPIRITUS
 DE PONTE

nes impetrare, quas per Iesum Christum filium suum communicat, esto vir orationis. Hæc enim est omnipotens ad eas impetrandas. O Pater misericordiarum, qui *certamen hoc forte mihi offers, ut vincam*: ne, quæso patiaris, mea culpa me vinci. O Deus invicte, da mihi donum orationis, quo te vincam. Nã, si ego te vincam tu es qui vincis in me: ideoq; tua erit gloria victoria: ù, quas ego in illa obtinebo: tecum luctabor tota huius tristis vitæ nocte, nec dimittam luctam, donec aperiens manum tuam impleas me tua copiosa benedictione, imponens tu ipse mihi nomen Israel, quo te videam fruarque in æternum. Amen.

§. 2. *De lucta Orationis contra demones.*

VENIAMVS nunc ad certamina & pugnas, quas habemus cum ipsius orationis hostibus internis; siue domesticis & externis hoc est demonibus, qui omnibus vijs & modis, quibus possunt, oppugnant ipsum orantem, ut eius orationem, eiusq; fructum impediant.

I.
Lib. de orat.
c. 48. 49. &
50.

AD EÒ autem procul saum cursum aufertur, ut (teste sancto Nilo) in eum finem omnes suas tentationes dirigant, quas inter se suggerunt. Nam si gulæ tentationem demon suggerat, id facit, ut grauatam corporis bis, reddatur ineptum ad orandum; si suggerat iram aut impatientiam, aut dormienti inop-

ingerat somnia, id facit, vt cor peiturbet tempore orationis: accedente autem tempore, qui prius molestus erat, incipit (vt ait Cassianus) esse multò molestior, & importunior; & si prius dormitabat ad hoc, tunc ipse excitatur; vt in oratione dormire nos faciat, somno culpe, aut pigritiæ; aut spiritum ita turbet, vt quid faciat, non attendat, vtens ad id passionibus & humoribus corporis, infirmitate & lassitudine carnis, temporum injuriæ & negotijs domesticis; idque eo vsque facit, vt (quod ait sanctus Nilus) cyniphes & animalcula commoueat, vt sint nobis in oratione molesti, aut timorem incutiat & terrores, horrendis aliquibus imaginibus, aut loci solitudine, & noctis obscuritate, aut timores confringens illusionum & fraudum, quæ execrandum nobis reddant hoc excelsum orationis exercitium, ne in illa impingamus. Et (vt sanctus Bernardus ait) cum feruentiores nos in oratione animaduertit, maiori impetu rabieque adhibet impedimenta. Quamobrem aliqui ex sanctis Patribus dixerunt, orationem, quo est excellentior, eò esse difficiliorem: eo quod totus infernus contra illam coniurasse videatur. Neque est nouum quid, quod grandia opera, valde sint difficilia. Quod si difficultas terret pusillanimes, granditas animat fortes, Sed hic tamen vtrosque delect magno esse animo; necessitas enim orationis vrget illos; vt eam studiosè procurent;

Lib. 2. de institutionibus c. 10

c. 105.

Serm. 4. de Quadrag.

UX SPIRITUS
DE PONTE

& conatus, & sollicitudo demonis illam impugnantis, satis clarè indicant, quanti illa sit æstimanda, quæ meritò nos vehementer impellent, ad resistendum ei; & cum eo, donec vincamus, pugnandum. Magna laus est orationis, quod crudelis ad eò hostis eam persequatur, magnaque est gloria eiusdem, talem hostem in hac pugna superare. Quare eoulsque progressus est sanctus Chrysostomus in hac re, ut dixerit, Demones tremere ac timere animam feruenti oratione nimitam; nec audere propè ad eam accedere territos vi & fortitudine: quam oratio ad ipsos vincendos illi confert; & quamuis illi ad eò sint feri, ut ipsos Christi Apostolos aggredi audeant, oratione destitutos, a illa tamen & ieiunio facile superantur. Indue spiritum tuum his Dei armis, & iunge illis eorum sororem Mortificationem, per ieiunium significatam. Si enim hæc duo simul adhibeantur, nullus Dæmonum resistere poterit, nec vlla potestas illis contradicere.

Lib. 1. & de
oratio Deū

a Mat. 17. 20

Mortificatio
in us u or-
tionem:

S. 3. De luctu Orationis cum internis hostibus.

2.

ET quamuis pugna hæc, & certamen forte, aliud tamen est periculosius, quam domesticum, in quo Dæmones totam spem suam colloquant. Agitur enim intra nos in ipso corde, quod est domus, in qua ipsa excetetur oratio, in qua propterea domo; qua-

t or esse solent interni hostes, qui orationem persequuntur, quos cum S. Bernardo nuncupare licet, *culpam mordentem sensum agentem curampungentem & irruentia imaginum corporearum phantasmata*, quæ perturbant. Ex quibus quatuor conflatur tristis illa & obscura nubes, de qua Ieremias: *opposuisti nubem tibi ut transeat oratio*; Nam sicut è terra ascendunt crassi vapores ad aeris regionem, in qua condensati, fiunt nubes; quæ solis aspectum impediunt, eiusque splendore & calore nos priuant: Ita (ait S. Gregorius) permittit Deus ex miserijs, quæ in corde nostro terreno sunt, ascendant ad spiritum vapores & nebulae cogitationum & affectuum inordinatorum, quibus ille obscuratur, & ita torpet, ut nec possit contemplari solem iustitiæ, nec radijs lucis eius & amoris diuini frui; nec eius oratio ascendit ad tribunal cæli, ut bonum impetret, quod petit.

HORVM quatuor hostium siue impedimentorum orationis incommoda, mirè explicat S. Augustinus hac iucunda quamuis domestica comparatione. Atqui (inquit) sunt sicut illi homines, qui infeliciter matrimonium contraxerunt, eo quod vxor sit terribilis ac difficilis ingenij: qui tota die, magna sua voluptate occupantur in negotijs, aut per plateas deambulant; timent enim in propriam domum ingredi, cum experientia sciant, si ingrediatur, molestias, amaritudines, murmura, & eversiones se perpeffuros. Quia non potest domus

D 5 esse

Serm. 23 in
Cant. ad fi-
nem.

Thren. 3. 44

Lib. 28. Mor.
c. 9.

Conc. 2. in
illud Psal. 33
Exquisiuit
Domium.

UX SPIRITUS
DE PONTE

esse composita, vbi inter virum & vxorem pax nulla est. Meritò igitur nostri lamentantur, seque iudicant infelices; siquidem ipsa domus propria, in qua laborum suorum leuamen essent habituri, in continuum conuertitur cruciatum. Multò tamen sunt infeliciores, qui ita ad res huius sæculi effunduntur, vt cordis sui domũ ingredi perhorrescant, ob intolerabilem quam in sua conscientia inueniunt, turbationem. Peccata enim eos mordent, effrenes carnis passiones valdè turbant. Superflue sæculi curæ pungunt, & inordinata imaginationum phantasmata illos cruciant, & cum volunt in cor suum intrare, vt orent strepitus hic ad eò molestus & importunus ex propria eos eicit domo, vt fugiant ipsam orationem, ob grauem & molestam vitam, quam illis adfert mala conscientia, aut rebellis sensualitas; & sicut fumus & stillicidia hominem ex cubiculo expellunt: Ita hæc turbatio ab ipsa re-collectione expellit; vt quærat homo res externas, in quibus tempus expendat.

SE D quamuis in adeò misera constitutione te positum videas; ne propterea abicias animum & fiduciam, liberum te & expeditum ab ea videndi. Est enim tanta efficacitas, quã Deus in ipsa oratione posuit, vt per importunas eius preces hæc tandem nubes; & vapores eius euanescent, domusque cordis, sedatis eius turbationibus tranquilletur. Cogita itaque, cum de oratione agere instituis, Deũ D. N. exhortari te, ad quatuor hæc impedi-

menta

menta remouenda. verbis illis quæ dixit Ieremias: *a Ecce constitui te hodie vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes & edifices, & plantes.* quasi dicat: si collectæ orationis domum constituis ædificare, & plantare nemus excelsarum cogitationum, & operum fructuosorum, stude prius omnes eius obices remouere: destrue peccata, quæ mordent; euelle passiones & cupiditates, quæ te turbant, dissipa superfluas curas, quæ te pungunt; & eradica inanes imaginationes, quæ te inquietant; nequid obiter & perfunctoriè efficias; sed altius fodiendo, vt radices extrahas tuorum incommodorum. Valdè enim altè ascensurum est ædificium orationis & contemplationis, quod cogitas ædificare, nec timeas laborem aut virium defectum in hæc expeditione, quia ipsamet oratio eas tibi impetrabit, luctabiturque cum hisce hostibus, donec victoriâ de eis obtineat.

a Ierem. 1. 10

S. 4. De lucta orationis contra peccata
& passiones.

P R I M V M colluctandû est aduersus peccata, quæ remordent conscientiam, eo quod illa non desueueris, aut eorû affectiones, radices, & occasiones nõ auferas. Hæc enim (vt ait Isaias) *a diuiserunt inter nos & absconderunt faciem eius à nobis, ne exaudiret.* Et Dauid *b Imquitatem si*

I.

a Isaias 59. 2

b Psal. 65. 18

in corde meo. non exaudiet Dominus.

Si e-

UX SPIRITUS
DE PONTE

i enim aspicias iniquitatem in corde tuo, cam-
 que remouere possis, ne c tamen remoueas, si-
 num id est, quod tibi in ea complaceas, cum
 qua complacentia non es dignus aspectu &
 contemplatione Dei, quæ promittitur *c mun-*
tis corde: quin potius horrorem senties vocis
 illius dicentis: *d Tollatur impius, ne videat glo-*
riam Dei. nec eius magnitudinem contemple-
 tur. Esto semper memor, *e discedat ab iniqui-*
tate omnis qui nominat & inuocat nomen Do-
mini. Et *f, Volo viros orare leuantes puras ma-*
nus sine ira & disceptatione, nec sine causa (at
 S. Chryostomus) iuberis in oratione leuare
 puras manus, quæ sunt operum instrumenta,
 vt cogitatio de eis leuandis contineat te, ne
 eas macules, ne tibi dicat Deus, quod dixit Is-
 raelitis: *g cum extenderitis manus vestras, a-*
uertam oculos meos à vobis; & cum multipli-
caueritis orationem, non ex audiam: manus enim
vestrae sanguine plena sunt, multarum scilicet
 culparum. Cum igitur liberum tibi sit, cum
 diuina gratia, tollere remorsus culpabiles,
 qui animum & cor deiiciunt, consilium Sapien-
 tiæ amplectere: *h Iustus in principio orationis*
accusat seipsum, & statim atque orare incipis,
 simul etiam luctari contra peccata incipias,
 eliciendo actus doloris, & firma proposita e-
 mendationis concipiendo, & petitiones ad
 Deum coniungendo, quo poteris optimo mo-
 do, Oratio enim importuna talem tibi impe-
 trabit gratiam, vt nubes dissoluat tuorum
 peccatorum, & conuertat in aquam lacryma-
 rum.

c Mat. 5.3

d Isa. 26. 10
iuxta LXX.

e 2. Thren. 2

19

f. 1. Thim.: 2.8

Hom. 76. ad
pop.

g Isaia 1. 15

h Prou. 18. 17
iuxta LXX.

rum. O Deus æterne, qui per tuum Prophe-
tam dixisti, *i deleui vt nubem iniquitates tua:*
& *quasi nebulam peccata tua.* aufer quæso ac
dele nubem, quam ego habeo, nullo eius ve-
stigio relicto: vt oratio mea in tuum conspe-
ctum ingrediatur, dignusque efficiar gloriam
tuam contemplari.

i Isa. 44. 22.

EODEM hoc zelo pugnandum tibi est in i-
pso orationis ingressu, contra effrænes carnis
tuæ passiones, & inordinatas sensuum tuorū
cupiditates, quæ ita spiritum ipsum turbant;
vt non sinant attendere ad considerationem
rerum æternarum, nisi prius reprimantur &
mortificentur. Etsi enim ad *k Rubum* descen-
derit Deus, cupiens se videri, & aliquem pro-
pterea lucis suæ radium emittat, vt à longè vi-
deri possit, non patietur tamen vt *appropies.* &
familiarem cum eo conuersationem inear,
nisi prius *soluas calceamentum de pedibus tuis,*
& te ipsum mortifices, relinquendo carnis
tuæ delicias; & tolerando dolorem, qui pro-
pterea tibi proueniet. Cogita itaque cū
ad orationem accedis, dicere tibi Deum, quod
Moyfi, ad rubum ardentem accedere volenti:
*ne appropies huc, solue calceamentum de pedi-
bus tuis:* Exue terrenas omnes affectiones, e-
ijce desideria omnia rerū perit urarū: dedecet
enim cum huiusmodi calceamentis ad meum
conspectum intrare. Quæ voee audita, consti-
tuas apud te, velle mortificare quicquid in te
displicet Deo; qui mox te permittet appropia-
re, & familiariter cum ipso loqui, nisi autem
fictē

2.

k Exod. 3. 2.

AUX SPIRITUS
DE PONTE

I Exod 33. 20

Lib. 8. Mor.
c. 28.

Solido c. 1

fic te disposueris; non accedas ad eius contem-
plationem: ipse enim dixit. *Non videbit
me homo & viuet.* quasi diceret (vt sanctus
Gregorius interpretatur.) Nullus Deum spi-
ritualiter videt, & mundo carnaliter viuunt.
Moriatur itaque moriatur suis cupiditatibus
caro tua, & statim licebit magnalia diuina cō-
templari. Quod si difficultatem in hac execu-
tione sentis, incipe orare: Oratio enim impe-
trabit tibi bonum desiderium, viresque ad ex-
equendum, dicens cum S. Augustino: O fons
vitæ, moriar, vt te videam, mortificem me, vt
te fruam; abnegem me, vt liceat loqui tecum: si-
quidem tam felix visio, & iucundum collo-
quium non impetratur sine hoc genere mor-
tis, in qua vera consistit vita, verum videam et-
iam te Domine vt hic moriar. nisi enim orare
& contemplari incipiam; & sic te videre, nō
possūm mori, vt te fruam.

S. 5. De lucta orationis contra superfluas
curas, & importunas cogita-
tiones.

I.

TERTIA pugna, quam aggredi oportet,
est contra superfluas curas, quæ spina-
rum instar pungunt, & suffocant se-
mentem inspirationū diuinarum, & torporē
quendam spiritui adferunt; vt non sciat cum
suo Creatore colloqui; qui te monuit illis ver-
bis, *a attendite vobis, ne fortè grauentur corda
vestra in crapula & ebrietate & curis huius*

a Luc. 21. 34

vit. 6.

uita. Sicut enim nimius cibus & potus, corpus onerant: ita multæ superfluae curæ turbant spiritum, orationemque impediunt. Non voco multas eas, quæ sunt conuenientes; sed quæ magnam adferunt anxietatem, quamuis sint deribus bonis, qualem curam habebat *b Martha* cum nostro Redemptori ministraret. Quod si tempore orationis hæc te anxietas & curæ agredienti, pugna contra eas rationibus & clamoribus in cœlum, cogitans, dici tibi, ab ipso Redemptore, quod *Marthæ* fuit dictum.

b Luc. 10. 40

O anima anima, *c sollicita es & turbaris erga plurima. porro vnum est necessarium.* placere scilicet Deo, vt animam tuam saluam facias; cuius curæ comparatione reliquæ ita tibi esse debent, atque si non essent. In hac enim vnica cura omnes includuntur: nam si curæ tibi sit placere Deo, ipse recipiet in se bonam rerum tuarum expeditionem. maior itaque ac præcipua cura vincat minorem. Attende itaq; nunc illi vni, quod pluris tua refert, dimittendo multitudinem quæ te distrahit. Scriptum est enim. *d Vacate & videte, quoniam ego sum*

c Luc. 10. 41

d psal. 45. 11

Deus. quasi diceret, reijcite curarum multitudinem, quæ vos conturbant, & sic licebit magna mea cōtemplari. O Deus infinite, se da in anima mea turbationem *Marthæ*, ne sit impedimento quieti *Mariæ*; euelle ex corde meo spinas, quæ illud pungunt, vt producat sanctas cogitationes & affectus tibi placentes.

TRIBVS huic hostibus deuictis, superest
ultima

4.

LUX SPIRITUS
DE PONTE

v' tima lucta, & quidem ceteris acrior, contr
irruentia imaginum & cogitationum inordi
natarum phantasmata, quæ nos in ipsa oratio
ne inuadunt. Nam imaginatio natura sua est
inquieta, ac tumultuosa, se seque proripit, abs
que nostra licentia, ad eas res cogitandas, quæ
illi arrident; rapitque simul seipsum intelle
ctum, vt in eisdem occupetur. Quæ si extra se
res nouas non inuenit, confringit intra se va
rias imagines & figuras; aut quas habebat
prius commouet, seipsam in eis aspiciendis
oblectando, & ab his ad illas transeundo, abs
que vlla in vllis earum alia constantia,
quam quæ est in ipsa mutabilitate, quæ tor
quet, cruciat que cor isti, se ad orandum collu
gentis: de quo sanctus iob conquerebatur di
cens: *cogitationes meæ dissipatae sunt, torquen
tes cor meum, noctem verterunt in diem;* tem
pusque orationis, quieti destinatum; conuer
terunt in aborem & poenam distractionis
quæ adeo solet esse pertinax, vt aliqui parum
experti, diffidant se posse victoriam in hac pu
gna obtinere: è quorum numero fuit Cassia
nus in sua iuuentute, cuius deceptionem san
ctus quidam Abbas hac similitudine retextit,
Si interrogaremus (inquit) hominem aliquem
ignarum natandi, qui nec alios natantes vidit
set, num corpus humanum grauissimum sus
tentari ferri que possit super aquam, vt non
submergatur? certum est eum attendentem
ad corporis sui grauitatem & experientiam,
qua vidit se in aqua mergi, respondurum: id
esse

e iob 17:11

esse impossibile, qui tamen, si videret alios nantes, & industria & arte sustineri super aqua nec mergi, mox sententiam mutaret, & priorum suam sententiam iudicaret errorem. Ita igitur Tyrones aliqui experti suae imaginationis mutabilitatem, vitium reputant naturae irreparabile; nec esse possibile eam stabilire. Verum exigua eos experientia fallit; & consulentes magis expertos inuenient, multos impetrasse quietem, quam ipsi desiderant, habentes in virtute Dei supra suas cogitationes imperium & potestatem, sicut ille Centurio Evangelicus qui dixit: *f Ego sum homo sub potestate constitutus; habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit; & alij veni, & venit; & seruo meo, fac hoc, & facit.* In hunc itaque modum si tuus spiritus viriliter constituit esse Deo subiectus in omnibus, & per omnia, qui est supremus tuus gubernator, eò peruenire poteris, ipso fauente, ut in potentias tuas dominaris, quae sunt tui milites; & sensibus corporis, quod est tuum mancipium. Et si oculis dixeris claudimini, & linguae, cōticesce; statim id facient; & si tuas appetitiones efficaciter infferis aliquid amare, aut odisse, parebunt tibi. Et, si imaginationē ipsam atque intellectū infferis hac de re cogitare, & non de illa, id exequentur. Hæc enim excelsa mentis nostrae pax, qua fruebatur in statu innocentiae, potest aliquo modo reparari in hoc statu, efficacia diuinæ gratiae, ob perfectā obedientiam & subiectionem Dei, & mortificationem tui ipsius

UX SPIRITUS
DE PONTE

f Matth 8. 9.

ipsius, per exercitium ipsiusmet orationis: que
eo tandem peruenit, vt hanc possideat quietē,
quæ ipsa oratione media est impetranda sicut
feruens illa anima indicauit, quæ orans dice-
bat suo sponso: *g indica mihi vbi pascas. vbi ca-
bes in meridie, ne vagari incipiam post greges so-
daliū tuorum,* vt fusius dicemus in Tract. 3.

g Cant. 1. 7

INTERIM tamen, dum hoc non experiris,
contende tria propria impedimenta remoue-
re, quæ fouent hoc vltimum; nec cesses, confi-
denter omnino & perseveranter orare: nihil
est enim impossibile oranti, & confidenti; sic-
ut oportet; & in ipso medio strepitu, quem sa-
stines in oratione, clama, sicut poteris, ad Deū
tuum, vt illum tranquillet, dicens ei cum De-

c. 6

h Psal. 39. 13

*uide: Aspice Deus omnipotens, quia h cor meū
dereliquit me:* exijt ex mea domo. tum quod
ego, ex ignauia illud non custodiu; tum, quod
vaga mea imaginatio, mihi non obtemperat;
tum deniq; quod dæmon ad fugiendum, illud
induxerit. *complaceat tibi Domine vt eruas me
ab hac violentia, quā sustineo. Et siquidem
iubes me destruere, euellere, dissipare, & ex-
stirpare quatuor hęc vitæ contemplatiuæ im-
pedimenta; da mihi gratiam, ad exequendum
quod iubes; vt quietem obtineam, quam pro-
mittis. Peculiarīa remedia contra hęc im-
pedimenta in capitibus sequentibus
ponentur.*

CAPVT IV.

QUOD ORATIO SIT DEI
donum, & quod aliud sit omnibus com-
mune, aliud aliquibus particulare; &
cui hominum conditioni communice-
tur: & quæ ratione ex utroque proficie-
mus, nosq; ad recte in orationem
incumbendum prepara-
bimus.



VM hæcenus indicaueri-
mus externos & internos
hostes, qui orationem de-
struere conantur; indice-
mus nunc principia & cau-
sas, quæ illam in anima ge-
nerant, quædam ex parte

Dei, quædam ex parte nostra. Præcipuæ sunt
autem ex parte Dei, cuius oratio est donum,
vt fusè ostendit sanctus Augustinus & reli-
qui Patres fatentur. Sicut ergo est donum quod-
dam fidei, & donum sapientiæ: Ita est do-
num orationis, quod ab ipso met Spiritu san-
cto procedit: & vt absque Spiritu fidei non
potest credi sicut oportet; ita absque Spiri-
tu orationis, non potest orari sicut expe-
dit, ob causas quas Apostolus Romani insi-
perat: *Spiritus sanctus adiuuat infirmitatem*

a Rom. 8. 26

UX SPIRITUS
DE PONTE

nostram: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus; sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. in quibus verbis duplicem causam innuit Apostolus ex nostra parte, cur non oremus sicut oportet, infirmitatem scilicet; & ignorantiam. Nostra enim infirmitas tanta est ut (Apostolo teste) *b non simus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis.* quare solis nostris viribus nec bonam quidem cogitationem quæ principium est orationis, habere, nec *c sine spiritu S. Iesus dicere possumus*, quod est nomen, in cuius virtute oramus nec vincere impedimenta aut difficultates, contra orationem occurrentes. Accedit autem ignorantia nostra, quod *d non sciamus quid oremus, sicut oportet.* Nam, etsi in genere id sciamus, sicut est in Dominica oratione expressum, ignoramus tamen in particulari, quid hoc tempore & hac occasione petere nos conveniat: sæpeque dicere nobis poterit Christus, quod dixit filiis Zebedæis: *e nescitis, quid petatis.* Multò verò magis petendi formam & modum ignoramus, non tam ignorantia speculatiua, quam practica. Nam esto notæ sint nobis conditiones reuerentiæ ac fiduciæ, quas in petendo oporteat adhibere; non tamen in ipsa praxi nouimus modum, quo id fit faciendum, nec tangemus recta punctum cum tali spiritu petendi, ut ipsum Deum, ad concedendum quod petimus, pertrahamus. Quod totum ad commiserationem excitat ipsum spiritum S. Qui recipit in se, ut sit noster adiutor
 & Ma-

& Magister in præstanti hoc exercitio, ad-
 eò vt ipse *postulet pro nobis*. Quia videlicet
 docet nos, quid petere debeamus; permouet-
 que atque adiuuat, ad id faciendum, illustra-
 tionibus & efficacibus suis inspirationibus,
 quæ sunt potentiissimæ ad resistendum dæmo-
 nibus, & vincenda impedimenta, quæ in ora-
 tione nobis obijciunt. Quare ab eisdem potius in-
 spirationibus prouenit vt rectà feruenterq; in
 excello hoc exercitio nos habeamus, quàm à
 nostra industria. Per illas enim Spiritus sancti
 operatur in nobis, & nos cum ipso, sex il-
 los actus, in quibus oratio perfecta consistit.
 Ille nos in sua præsentia collocat, intentio-
 nem nostram eleuat, meditationes nostras or-
 dinat, affectus accendit, petitiones dirigit, or-
 dinatque colloquia; quod totum operatur ge-
 mitibus quibusdam ac suspirijs, desiderijs ac
 sensibus ad eò admirandis; vt, licet eos sentire,
 eisdemque gaudere possit, qui eos habet, non
 tamen sciat, nec possit declarare. Et quando-
 quidem duplex hæc nostra miseria Spiritum
 sanctum permouet, vt hæc officia internè no-
 bis præstet: plurimum refert, orationem
 ipsam auspiciari ab vtriusque cōfessione; & v-
 tramque tanquam titulum & causam afferre,
 vt nos dirigat adiuuetque in ipsa oratione di-
 cendo ei: O Spiritus sanctissime, fateor me i-
 gnorantem esse atque infirmum, nec scire o-
 rare sicut conuenit; nec vires ad id faciendum
 habere. Assiste ergo mihi in hac hora, doce
 me orare, instiga me ad petendum, inspira quid

UX SPIR
 DE PONTE

mihī sit faciendum, & accende affectus, excita gemitus, quos tu solus potes communicare.

f Gal. 4.6

SE D aliā rationem siue titulum dulciorem nobis adfert Apostolus, dicens ad Galatas; *Quoniam estis filij, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra clamantem abba pater.* Quasi diceret, non tam ad vestram ignorantiam, & infirmitatem reparandam, quam quod suis filij adoptiui Dei, voluit ex misericordia sua infinita infundere in corda vestra Spiritum vni geniti filij sui qui est Spiritus sanctus, & inspirationem, & impulsum internum, qui ab eius præsentiā procedit, clamatque hoc est clamare vos facit, & orare feruēter vestrum Patrem. Nam cū Dei opera sint perfecta, eo ipso quod nobis dat Spiritum filiorum, dat etiam Spiritum orationis, ad petendum quod nobis est necessarium; sicut filij à suis parentibus petunt. Et sicut ipse est donum quod eleuat nos ad dignitatē filiorū; ita etiā est donū eius Spiritus orationis filiorū propriā. Hunc ergo titulum coniungemus alijs prædictis, ut nos ad fiduciam habendam excitemus, dicentes: *Pater supreme, siquidem ex tua misericordia accipis me in filium, largire mihi donum orationis, qua tecum loqui, & agere tanquam cū Patre possim.*

Lib 2. de orando Deo.

DE NI QVE ipsa orationis excellentia (ait sanctus Ioannes Chrysostomus) clamat, quod nostras facultates excedat, nec possumus cū ipso Deo colloquari nisi suo Spiritu sancto

sancti

sancti fauore illis adsit. Et quamuis possint homines regulas ac documenta ad id proponere; omnia tamen parū proderunt, nisi diuinus spiritus, tanquam principalis Magister & adiutor adsit ad opus adeò excelsum. Esto **Gradu 29.** constans (ait S. Ioan. Climachus) in tua oratione, & habebis Deum Magistrum ac directorem eius. Nam sicut nemo potest verbis docere, quomodo oculi videre debeant: quia id oculi naturaliter faciunt; sic nullus poterit sola alterius doctrina, discere pulchritudinem & excellentiam orationis. Nam illa habet in se ipsa Magistrum Deum, *h qui docet hominem scientiam*, donatque orationem ipsam oranti. Et sicut absque oculis non potest esse visio: ita absque Spiritu orationis nemo potest dignè orare.

h Psal. 39. 10

§. I. De recipientibus donum Orationis.

EX dictis intelligitur, neminem debere existimare se exclusum esse ab orationis dono recipiendo. Cum enim omnes eo indigeamus, ob nostram ignorantiam & infirmitatem; simusque filij Dei ob naturam, quā nobis ad suam imaginem dedit, cum titulo ac ture, ut possimus eiusdem esse filij per gratiam; ita omnes huius doni capaces sumus, quod ipse cœlestis pater noster omnibus offert: nec iussisset, aut consulisset, ut oraremus; nisi etiam voluisset dare nobis

UX SPIRITUS
DE PONTE

Spiritum, quo orare deberemus. Liberalius tamen eundem Spiritum largitur in lege gratiæ, eo quod sit lex filiorum, & ipse in ea delectetur magis cum hominibus, quos etiam ut fratres accepit, quando pro eisdem factus est homo, sicut promiserat per Prophetam.

i Zach. 12. 10

Effundam super domum David & super habitatores Ierusalem Spiritum gratiæ & precum. Prælati itaque & Ecclesiæ gubernatores per domum David significati, eorumque subditi & populi significati per habitatores Ierusalem, accipient, (nisi ipsi sibi desint) Spiritum, quo Deo placeant; & aptè, ut oportet, orent. Et cum dicit *effundam*, significat, in magna abundantia & excessu se illum communicaturum omnibus, nemine excluso, qui accipere illum velit. Sicut neminem excludit ab Spiritu gratiæ suæ, quam semper comitatur Spiritus orationis; Habitus scilicet supernaturalis virtutis, aut virtutum & donorum Spiritus S. quæ nos inclinant ad orandum, simul cum ordinarijs auxilijs, quæ Deus communicat talem habitum habenti; ut eo quâdocunq; voluerit rectè aptè que utatur.

2.

VERVM est tamen, esse alium spiritum orationis, magis particularem, qui supra ordinarium & omnibus communem, addit maiorem illustrationum & cœlestium inspirationum copiam, quibus Spiritus sanctus perficit hoc opus valdè frequenter & eminenter intra corda nostra; & ipsemet excitat nos ac provocat, ut ad eius conspectum accedamus; ver-

baque

baque ipsa suggerit, & in ore nostro ponit, quæ illi dicamus; & ipsam fiduciam, reuerentiam, atque instantiam, qua petere debeamus; efficitque, ut tota nostra oratio, spiritualis sit sicut est Spiritus; à quo illa procedit. Hoc autem donum orationis (ut ait Laurentius Iustinianus) nec omnibus conceditur: nec omnes ad tantam altitudinem ascendunt, nec tam arcta cum Deo familiaritate utuntur: quamuis id ordinariè à culpa nostra proueniat eo quod ordinario dono, quod omnibus conceditur, non recte, ut par est, utamur. Et cum Deus non sit parcus ad sua dona largienda: nec tu parcus esto in eis petendis, in ea excellentia qua ille solet communicare.

Vbi supra.

NOMINATIM autem hoc donum largitur Deus triplici hominum conditioni: ijs videlicet, quos ipse ad insignem sanctitatis gradum in sua Ecclesia elegit, aut quos posuit Duces aut Magistros aliorum in ea, sicut Moyse, Dauidi, alijsque insignibus Prophetis, Apostolis, & Religionum Fundatoribus, magnisque alijs Sanctis, quos facit quasi Regios Cubicularios, dans eis clauem auream, Spiritum videlicet orationis, ut frequentissimè ingredi possint ad agendum cum ipso de mysterijs secretissimis, quæ non nisi amicis intimis communicantur.

ET hinc est, quod etiam communicet idem donum Religiosis; & ijs, qui omnia sua reliquerunt, ut se totos internæ cum DEO familiaritati dicarent. Nam (ut ait sanctus

LUX SPIRITUS
DE PONTE

2.2.9. 132. a.
2.ad.1.

Collat.9.c.1

b1. Reg. 1.10
c Tob. 3.11.

d Prou. 8.31.

Thomas) manifestum est indicium insignis erga Deum amoris, si quis omnia relinquat, quod totum diuinæ contemplationi, & quietæ orationi dedat, quæ nos cum Deo coniungit, & quæ (teste Cassiano) finis & scopus est religiosorum exercitiorum. Cùm itaq; Deus D. N. unicuique det suæ vocationis gratiam, quæ possit ad eius finem peruenire, non negabit illi donum tractationis familiaris cum ipso, quem ad eum statum, & vitæ genus vocauit, in quo ille se totum dicat, ad illam procurandam.

I D E M donum solet Deus largiri personis valdè exercitatis, varijsque calamitatibus afflictis, quas magna tolerantia sustinent: hæc ratione eos refouens, præmiumque patientiæ eis reddens, imò solet ipse huiusmodi tribulationum fluctus permittere, vt sint illis occasio ad orandum; & suauissimum hoc orationis donum impetrandum. Siquidem in huiusmodi tribulationibus seruentius oratur; sicut euenit b *Anna* Samuelis matri, & c *Tobia*, ac nurui eius *Sara*. Et vniuersim cum donum hoc cum hac particularitate sit ad modum gratiæ gratis datæ; illud largitur Deus cui vult, & sicut vult; vt manifestè thesauros inestimabilis suæ charitatis; & quas suis amicis seruat delicias in cælis, erga quos adeo seruum ostendit in terra. O amice verè d *cuius delicia sunt, esse cum filijs hominum*; Idque multò magis postquam factus es vnus eorum; effunde super me copiosè spiritum

gratiæ.

gratiæ & orationis, quæ me facient intimum tibi amicum, valdeque tecum familiarem. Amen.

§. 2. De preparatione diligenti ad hoc donum recipiendum.

SED erit operæ pretium multiplicem diligentiam quoque, explicare quâ ex parte nostra possimus adhibere, ad hoc donum in tota sua perfectione impetrandum: quæ ad duo capita reuocantur.

PRIMA, eaq; summi momenti est, vt quando Deus D.N. speciali sua inspiratione, & hoc feruoris genere, nos ad orandum permouerit, eam occasionem ne negligamus, sed in vsum nostrum sedulo conuertamus; vt iuxta Ecclesiastici consilium; *non des; audemur a die bono & particula boni dom nos non praterat,* 2 Eccl. 14. 14 quod Deus nobis offert: progredientes in oratione toto tempore, quo fauor ille cœlestis perdurauerit; quod est insigne donum orationis, & indicium, quod sit illud daturus constanter & perseueranter: Quia bonus aliquis horum dies, sufficiens est profectum nobis adferre per totam vitam. Et hoc voluit nobis Spiritus S. significare in admirando illo Elisei prophetæ cum Rege Ioas euentu; *h dixit* 4 Reg. 13. 15 *enim Regi Eliseus: offer arcum & sagittas. & cum Rex posuisset manum suam superposuit Eliseus manus suas manibus Regis, & ait: Aperâ fenestram orientalem. & iacias sagittâ, & recit;*

& i

LUX SPIRITUS
DE PONTE

*Et iterum ait illi, percutite iaculo terram: Et
impercussisset tribus vicibus, Et stetit, ira-
tus est vir Dei contra eum; Et ait: si percussisset
quinq̄ies aut sexies siue septies percussisset sy-
riã vsq̄, ad cõsumptionẽ; nunc aut, quia remissius
egisti, satis tibi esse existimans, quod ter per-
cusseris, tribus tantum vicibus percuties eam.
Quid enim totum hoc est, nisi te monere, quid
facere debeas, quando Spiritus diuinus, sancta
sua inspiratione tibi suggerit, vt arcum tua-
rum potentiarum sumas ad iaciendas sagittas
orationum, contra hostes dæmones; & ad
transfigendum ipsius Dei cor, & ab eo impe-
trandum, quod desideras? Quid est, quod iu-
beat aperiri fenestram orientalem, nisi vt ape-
rires tuum intellectum cœlesti eius illustra-
tioni, vt videas & contempleris solem iusti-
tiæ, iam iam orientem, & in tuam animam in-
gredi volentem? Quid est manum suam super
tuam ponere, nisi specialia auxilia tibi offer-
re, quibus tuæ potentiæ, opus hoc suauiter ex-
cellenterque perficiant, supplente illo infir-
mitatem tuam abundantia suæ gratia? Quid
est dicere, vt iacias hastas & sagittas, nisi te in-
struere, vt hac opportuna occasione diligen-
ter vtaris, orando cum eo toto feruore, quem
Deus tibi inspirat; nec cesses ab orando, do-
nec Deus cesset; nec remittas, ex ignauia & ne-
gligentia, quamdiu adest tibi Deus: Verum ò
infirmi nostri cordis miseriam: ò cor timi-
dum vix tres iecisti sagittas, & statim defaci-
aris, remittis, & ab orando & contemplando
desistis*

desistis, eo tempore, quo Deus paratus erat eleuare te ad culmen contemplationis; & victoriam dare tuarum passionum perfectissimam, vota que tua plenissime explere. Merito potest Spiritus diuinus irasci, tibi que dicere: *ô homo ignaue, cur cessasti? ô timide, cur te abiecisti? si quinquies aut sexies, siue septies sagittas iecisses, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: mansissesque pacificus in corde tuo, vt iucunda mea præsencia fruereris, nemine te amplius molestante; sed quia timide egisti, quamuis aliquas obtenturus sis victorias, non tamen deerunt, qui multas tibi afferant molestias, vt in pugna contra illas verferis & exercearis. O diuine Spiritus, cuius opera sunt perfecta, adiuua infirmitatem meam ob negligentiam amittam dona, quæ mihi offers ex tua gratia.*

Altera diligentia, quam possumus ac debemus adhibere, ad obtinendum adeo singulare donum, est, vt ipso generali ac ordinario vtamur quod offert Deus omnibus ad orandum, qui n. fidelis est in paruo, dignus est, quæ Deus ad summum extollat. Nam ipsemet Dominus dixit: *c qui habet dabitur ei, & abundabit.* c Matt. 13 12 quod erit præmium boni vsus donorum prius acceptorum, cum alia maiora ei conferuntur. Et propterea ait S. Nilus, ipso semet Sanctos experiri, cum ad orationem accedunt, interdum se omnia peracta inuenire: ipso Spiritu sancto ita omnia disponente: qui tamen alias vult magno id labore ipsos impetrare, & ad-

hibi-

UX SPIRITUS
DE PONTE

hibito suo studio, cum auxilio ordinario, disponere se ad speciale & copiosius obtinendum. Et vniuersim lex est ordinaria Domini nostri, vt ex parte nostra cooperemur ipsius gratie, ad eamque recipiendam nos disponamus. Nec minus aliud iudicium est, quod velit Deus hoc particulare donum nobis conferre, quam si desiderium vehemens nobis suggerat illud quærendi; nosque ad illud recipiendum præparandi, & eò dirigitur solenne illud Ecclesiastici consilium, dicentis: *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Quid est enim Deum tentare, nisi eius dona prætere, non adhibita necessaria diligentia ac dispositione ad ea recipienda? Et quid est Deum in oratione tentare, nisi ad eam imparatum accedere? Hoc enim est etsi non verbis, opere tamen ipso dicere experiar, num Deus ad eò sit liberalis, vt orationis donum mihi largiatur, me non faciente quod possum ex parte mea; aut num daturus sit mihi, quod peto, quamuis non debito petam modo; aut num hic vincam meos hostes, etiam si imparatus ad victoriam obtinendam accedam. Qui hac ratione Deum tentat, dignus est, quem Deus deserat: nec donum aut fructum orationis impetret, siquidem ad eam se præparare neglexit: Exitus enim præparationi respondet. & ideò Dauid, e *Desiderium, inquit, pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit*

¶ Eccl. 18. 23

¶ Psal. 9. 17

auris

auris eius. & sanctus Bernardus. *Qualem te (inquit) paraueris Deo, talis tibi apparebit Deus. f Cum sancto enim sanctus erit. & cum innocente innocens erit, & cum sollicito sollicitus, & recollectus cum eo, qui quaerit recollectionem. Et quantum apposerimus ad diligentiam (ait sanctus Eusebius Emisenus) tantum ille addit ad gratiam. Propterea enim David dixit, quod gposuerit Deus adiutorium in potente; quasi diceret, adiuuat Deus adiuuantem se recentisque vires & facultatem addit bene vtenti ea, quam prius habebat. O anima (ait sanctus Augustinus) esto sollicita cum sollicito, cum munda, cum sancto sancta, cum vacante vacans, qualis apparueris Deo, talis oportet vt appareat tibi Deus. Et si valde fueris diligens, te praeparando, antequam ad eius conspectum ingrediaris, admittet libenter te, & praemio afficiet tuam praeparationem, explendo tua desideria.*

Serm. 69. in Cant.

f Psal. 17. 26

Hom. 3. ad Religiosos. g Psal. 38. 20

In Manu. 5. 24.



UX SPIRITUS
DE PONTE

S. 3. De duplici preparatione ad Orationem.

De ligno vitæ Tract. de Orat. c. 3

HÆC præparatio (teste sancto Laurentio Iustiniano) duplex est: altera quæ dicitur remota, altera proxima.

I.

cap. 3.

REMOTA præparatio siue dispositio est vita ordinata & composita per totum decursum diei, discens ex tui hostis astutia vitam tuam ducere. Si enim dæmon (vt supra diximus) omnes suas tentationes per totam diem eò dirigit, vt orationem tuam eiusque fructum impediatur; æquum est, vt tu earum victorias & reliqua bona opera ad eandem orationem cum fructu habendam, dirigas: ita vt in victu sis temperans, quò sit corpus benè dispositum in oratione; & studeas sedulo, cor tuum & sensus custodire, vt sis in ea tranquillus mortificans interdum (vt ait Cassianus) quicquid turbare te potest tempore orationis; clā operam, vt qualis orans velles inueniri, talem ante orationis tempus te præparare concedas, luctando contra quatuor impedimenta in proximo capite indicata. Si enim illa interdum admiseris, nō poteris ab eis te in illa hora defendere.

Coll. 9. c. 2. 3

Coll. 10. c. 13

2.

STVDENDVM præterea est, insignibus virtutum operibus te ipsum exornare, vt sis dignus apparere absque pudore coram DEO: hoc enim est, quod Ecclesiasticus dixit

a Qu

Qui timent Dominum, prae parabunt corda sua ^{c|Ea cl. 2, 20.}
 & in conspectu illius sanctificabunt animas suas,
 ea sententia insinuans, praeparatione consistere
 in fuga vitiorum & ornamento virtutum;
 id quod pulcherrime declaravit S. Dionys. di-
 cens: Moysen peruenisse ad tantam familia-
 ritatem cum Deo, ob suam magnam mansue-
 tudinem ac sanctitatem. *Sciebat enim* (inquit)
 oportere colloquentem Deo bono, quam maxi-
 me conari, ei pro viribus simillimum fieri, ac sibi
 esse consciuum Deo amabiliu operationum: Eas
 videlicet studiosè exercendo. Hæc enim simi-
 litudo talibus operibus exornata, dignum
 eum faciet, quem Deus ad suam familiarita-
 tem admittat. *b Omnis enim* (vt ait Sapiens) ^{b Eccl. 12. 19.}
diligit similem sibi, & libenter cum eo versa-
 tur.

Epist. 5. ad
Demoph.

b Eccl. 12. 19.

QVOD, si de tractatione familiari cum Re-
 ge coelesti ita sentias, vt par est; non existima-
 bis magnum quemcunque laborem in hac
 praeparatione posueris. Nam c *virgines ad* ^{c Ester. 2. 11.}
Regis Assueri praesentiam ingressura, & d *pueri* ^{d Eam. 1. 5.}
coram Rege Nabuchodonosor, multis mensibus
 se praeparabant varijs & magnis ornamentis,
 Regum suorum expensis; quantò iustius erit,
 se praeparare eos, qui ad Regis æterni praesen-
 tiam sunt ingressuri, vt familiariter illi assi-
 stant? siquidem ipsemet Dñs expensas facit,
 & facultates exponit sufficientes ad talè præ-
 parationem.

3.

c Ester. 2. 11.
d Eam. 1. 5.

4.

DENIQUE ipsamet praeparatio aded sapi-
 dam feruentemque reddit orationem, vt vel

UX SPIRITUS
DE PONTE

In Psal. 33.
concl. 2. in id
Exquisivi
Domium,

hoc ipsum censeatur sufficiens laboris praemium: Si ingressus in templum (ait S. Augustinus) voluntate ac desiderio orandi, videas illud incompositum, immundum, confractum imagines, altaria indecenter praeparata, & magnum audias negotiantium & transeuntium strepitum: mox inde te corripis; quia non potes, ut optas, orare: Si autem templum sit mundum, ornatum, & quietum; imagines pie beneque exornatae; haec omnia te ad orandum invitant, diutiusque haerendum in tua oratione. Sic igitur, si templum cordis tui sit peccatum, immundum, passionibus confractum, foetumque vanis & imaginibus turbatum, quomodo ibi poteris orare, aut vel ad momentum manere? Munda igitur hoc templum, exorna & pacifica; & ipsa mundities cordis tui deturbabit te, facietque te orare, & sicut David perambulabis in innocentia cordis tui. & deturbaberis in medio domus tuae. & cum gaudio intra illam orabis. O Saluator dulcissimus, qui magno zelo omnes eiecisti de templo, qui negotiationibus illud prophanabant, cum illud domus, domus esset orationis, ideoque ab omni tali strepitu immunis esse deberet; ex templo cordis mei, quidquid illud turbat, & exorna illud donis tuae gratiae: ut liceat mihi dignè intra illud orare, tecumque colloqui.

e Psal. 100, 2
Vide Aug ib

f Ioan. 2, 15

g Mat. 21, 13

5.

PRAETER hanc praeparationem totius diei, alia accedere debet, tempore quo intra

oratio

oratio: prauidendo scilicet argumentum & puncta, quæ in ipsa oratione sis cogitaturus: siue legendo in aliquo libro, siue memoriam eorum reuocando. Quod si oratio mane sit habenda, praeparatio hæc nocte fieri debet; paulò antequam incumbatur, ad instar illius qui nocte ligna adfert, componitque in fornace, ut statim atque surrexerit, ignem supponat; aut sicut is, qui summo mane iter sit aggressurus, nocte praeparat, quidquid est ad illud conficiendum necessarium, quod si cum hac cura & cogitatione eorum, quæ sis meditaturus, aut oraturus somno te dedas, fortè eueniet tibi (quod ait sanctus Bernardus) ut iucundum habeas somnium de eo ipso, quod antea cogitaueras; idemque primum occurrat, cum euigilaueris: ut bona hac cogitatione cor occupatum, non admittat aliquam malam; & hac ratione benè paratus eris, ut idem prosequaris, postquam è lecto surrexeris. Propter hoc enim dixit Isaias: *h anima mea* h Is. 26. 9.
Domine desiderauit te in nocte, sed & spiritus meo in precordijs meis, de mane uigilabo ad te: Insinuans, feruentem affectum, quem mane habuit, promanasse ex eo, quem nocte habuisset. Quæ praeparationis forma celebris fuit, & in usu apud sanctos, qui utroque hoc tempore orationem frequentabant, ut inferius fusiùs dicetur, cum de loco & tempore ad orationem deligendo agemus.

Ad fratres de monte Dei.

c. 20.

UX SPIRITUS
DE PONTE

6.

ACCEDAMVS iam ad proximas dispositiones ipsius orationis, cum scilicet iam ipsa est inchoanda, quas (ait supra sanctus Laurentius Iustinianus) insinuari ac comprehendere in executione illius consilij Christi D. N. dicentis; *i cum oraueris, intra in cubiculum tuum; & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito.* Quod, licet intelligi possit de ingressu in locum, sine cubiculum exterius, ut illud sit quietum, clausum, ac secretum. Sic enim multum confert ad orationis collectionem; præcipue tamen illud intelligunt SS. Patres de ingressu in cubiculum interius cordis nostri, intra quod orandus est Deus; præparando scilicet illud ad hoc ipsum opus. Memor est quid fecerit Christus D. N. celebraturus ultimum Pascha cum discipulis suis. Præmittens enim duos ex eis, *k Petrum & Ioannem*, dixit illis. *ite in ciuitatem, &c. & inuenietis locum stratum:* bene scilicet præparatum; & nihilominus addit: *illic parate*, quæcunque autem Pascha celebrandum ibi desunt: hac ratione significans, 'coenaculum cordis debere multo ante esse præparatum, ut possit in eo Pascha orationis celebrari: quæ merito Pascha, hoc est transitus appellari potest, cum non aliud sit, quam transitus nostri Spiritus in coelum, & aduentus Dei ex caelo, ad ipsum Spiritum nostrum, ut cum eo maneat, licet obiter, communicando scilicet illi sensum mysteriorum celestium. Sed præter illam primam præparationem, præparandum est in hoc coenaculo

i Matt. 6. 6

k Luc. 22. 8
l Mat. 14. 16.

quæ-

quicquid amplius est necessarium, à Petro & Ioanne, à fide scilicet & charitate: extimulâdo valdè ipsam fidem, circa ea, ad quæ cū Deo tractanda accedis, & accendèdo desideriu vitium manendi ibi in eius societate, sicut oportet: claudendo in hunc finem, huius cœnaculi ostium omni generi cogitationum impertinentium; efficaci quodam animi decreto, nullam admittendi spontè distractionem, nec terrenam affectionem, aut intentionem minus rectam: ad quod solidiùs præstandum, adhibendi sunt cordis tui custodes, zelus Petri, & prudentia ac sapientia Ioannis; & inuocandus ac rogandus exercitus Angelorum, vt tanquam *in viri fortes ambiani* & custodiant sapientissimi *lectulum Salomonis*, ne hostes tuâ orationem perturbant. Hoc feruens ac vehemens propositum maximi est momenti: firma enim & efficax animi resolutio ac decretum, est tanquam *in fortis armatus, custodiens atrium suum: & in pace conseruans omnia, quæ possidet*. Iuuat quoque claudere eo tempore portas sensuum; non effundendo visum ad aliquid, quod ipsum cor etiam effundat. Ita etiam Elias collocuturus cum Deo *operuit vul- tum suum pallio*. quod si oculos aperueris, id fiat ad configendos illos in terram, aut aspiciendum cœlum, aut piam aliquem imaginè, quæ conferat ad attentionem, & non illam effundat.

Tract. 4. c. 16

in Cant. 3. 7

in Luc. 11. 31

in 3. Reg. 19. 13

7.

NVLLA denique efficacior est ad orationem præparatio, quam sit ipsamet oratio.

F 3.

Quam-

UX SPIRITUS
DE PONTE

c. 7. de diuin.
nomin.

d Psal. 118.
169

Quamobrem dixit S. Dionysius: omnem actum
Theologicum, omne videlicet opus & exerci-
tationem quæ de Deo agit, & cum Deo, in-
choandam esse ab ipsa oratione, inuocato scilicet
eius auxilio, ad eum actum ita præstaturum,
ut ipsi Deo placeat. Cùm ergo te præpara-
ras, dicere poteris cum Dauide: *d Appropinquet
deprecatio mea in conspectu tuo Domine.*
quia valdè ab eo est remota, *iuxta eloquium &
promissionem tuam da mihi intellectum,* ut
sciam, & valeam implere, quod tu iubes. Et
post hanc præparationem licebit addere cum
eodem Dauide: *intret postulatio mea in conspectu
tuo;* & gratia tua me adiuua, ut dignè in eo
perseuerem. Et certa firmaque spe adfuturum
huius diuini auxilij, inchoare poteris tuam orationem,
progrediendo per sex illos actus,
in primo capite indicatos, & obser-
uando documenta, quæ de
singulis inferius tra-
dentur.



CAPVT V.

VARIOS ESSE MODOS O-
randi & agendi cum Deo: omnes fun-
dari in memoria diuina presentia: ad-
mirandam esse huius memoria effica-
citatē, ad bonum orationis euen-
tum, progressumq; in tribus
vijs, Purgatiua, Illumi-
natiua, & Vni-
tina.



QVAMVIS noster Spiritus,
per sex gradus in primo ca-
pitate indicatos, ad perfectam
orationem ascendat: in sin-
gulis tamē est peculiaris a-
liquis modus cū Deo agen-
di, ex quibus varij proueniunt modi habendi
orationem: excelsum enim hoc donum, & a
Spiritus orandi, est vnicus & multiplex. Vnus a Sap. 7.22
in substantia, & multiplex in modo. Omnes
autem fundantur in aliqua memoria præsenti-
æ Dei, cum quo est nobis loquendum & a-
gendum: nullus siquidem loquitur cum eo,
quem existimat absentem, aut non intelligere.
In hanc igitur diuinam præsentiā varias ob-
causas ingredi possumus.

PRIMUM, vt videamus & cognoscamus
Deum; eiusque magnalia, & perfectiones, sicut

UX SPIRITUS
DE PONTE

qui accedunt ad palatium Regis, quem nunquam viderunt, ut eum videant; & experiantur, quæ de illo dici audiuerunt. Et quoniam infinita sunt, quæ fides nos docet de Deo & eius operibus, quotidie licet intrare ad noua semper in eo cognoscenda, aut in iam cognitis, nos magis confirmandos. Et hinc proueniunt varij modi orationis, per discursus videlicet, & meditationes circa diuina mysteria quæ remittimus ad sequentem tractatum; ob causam in præfatione nostra insinuatam.

2. **SECUNDVS** finis ingrediendi ad conspectum Dei est, ad fatendum & protestandum subiectionem, & promptitudinem obedientiæ, quam debet creatura suo creatori, tanquam supremo Monarchæ: sicut qui interdum accedunt ad manum sui Principis osculandam; & seipsos de nouo offerunt ad eius seruitium. Et hinc duo proueniunt orandi modi. Alter per viam & modum orationis; Alter per modum oblationis cum actibus substantialis deuotionis.

3. **TERTIVS** finis est, ad laudandum & glorificandum Deum, ob tot magnalia quæ in se continet; & ob gratias ac beneficia, quæ nobis confert: ex quo etiam procedunt duo alij modi orationis valdè excellentes: Alter per viam & modum laudis & exultationis de Deo. Alter quæ viam gratitudinis; aut gratiarum actionis.

4. **QUARTVS** finis est, ad nostras omnes necessitates illi proponendas; earumque remedium petendum: in quo etiam varij includuntur

tur modi orandi, pro varietate modorum petendi.

5.

DENIQUE possumus ad diuinum conspectum accedere, ut eius felicissima visione fruamur, doctrinam audiamus, ipsique assistamus in terra, sicut Angeli assistunt in coelo; & ut in amoris vnitione cum eius bonitate conquiescamus, sicut lapis in suo cetro. Et hinc oriuntur modi orandi ipsius contemplationis proprii, de quibus in tertio tractatu erit sermo, in hoc autem dicemus de reliquis, qui sunt omnibus communes, faciles, & mirum in modum utiles, atque excellentes; qui etiam inter se magnam habent connexionem, & ferè semper inueniuntur permixti; quamuis interdum aliquis eorum eminent, interdum verò alius maiori feruore eluceat: & primi, sint veluti gradus ad posteriores. Quam ob causam declarabimus quidquid est cuiusuis proprium, & materiam copiosam indicabimus, quam habet quisque ad loquendum & agendum cum Deo D. N. & sic plures horæ expendi possunt, antequam desit quid dicatur; aut negotia, quæ tractentur, in qua re dexteritate opus est. Nā ut in hoc seculo multi sunt homines, qui non sciunt, diutius conuersationem aliquam protrahere, nisi alij materiā offerant, ad eam producendam; imò & tunc interdum se inueniunt valdè impeditos & aridos, alij verò sunt in hac magis exercitati, sciuntque suis sermonibus alios absque tadio continere. Ita proportione quadam solet in

oratio-

UX SPIRITUS
DE PONTE

oratione euenire: in qua multi sunt aded steriles, vt statim atque verbum vnum, quod precogitauerat, Deo dixerunt, aut precationem vnam Dominicam; nihil sciunt aliud quod dicant, & ibi subsistunt; non vltius progredientes, nisi Deus ipse occasionem afferat deuotionis alicuius sensibilis, cum recenti alicuius mysterij sensu, quo progrediantur in oratione: quod quia rarius euenit, hærent ibi otiosi. Ne autem hoc detrimentum eueniat, expedit nosse spatiosum campum, copiosam q; materiam, quam aperiemus in varijs orandi modis: quos iam insinuauimus, incipientes semper a memoria diuinæ præsentia, qui primus gradus est ad omne genus orationis, in qua impetrari etiam solet gradus vltimus perfectæ contemplationis. Et quoniam eius sphaera est, sicut ipsemet Deus, immensa, non adstringitur ad solam orationem; sed extenditur ad omnia vitæ actiua opera, & cætera Christiana perfectionis exercitia, ad quã est dulce quoddam compendium. Et quantum communiter dici solet, non esse compedium sine dispendio aut labore, hoc est aded amœnum, vt reddat suauem, quod ex seipso graue fuisset & molestum: quod expertus fuerat Dauid, cū dixit:

brenuit consolari anima mea; memor fuit Dei & delectatus & exercitatus sũ. & defecit Spiritus meus: verbis illis insinuans, memoriam Dei omnẽ ab eo tristitiam repulisse, & repletisse lætitia: qua aded permotus est ad varias virtutes, tanto spiritus feruore exercendas, vt

hali-

b Psal. 76. 4.

ha lituseum deficeret. Per hoc compendium
 deduxit Deus intimum suum amicum Abra-
 hamum, dicens illi: *c ambula coram me, & e* c Gen. 17. 1
sto perfectus: quasi diceret: si in mea presentia
 ambulaueris, tuasque actiones ita feceris, sicut
 qui in conspectu meæ diuinitatis existit, eris
 in omnibus illis perfectus. Horū omnium cau-
 sam & rationem mirificè tetigit Salomon, cū
 dixit: *d In omnibus vijs tuis cogita illum, & i* d Prou. 3. 6
ipse diriget gressus tuos. In quibus verbis con-
 tinetur quoddam genus pacti, & conuentio-
 nis inter Deum & hominem: qua, si homo se
 obstringit, vt contendat & conetur, Deū ha-
 bere in omnibus suis vijs presentem, Deus
 quoq; recipit in se, illum dirigere in omnibus
 eius gressibus; vt neque ab itinere aberret, nec
 curuè aut cum defatigatione circumeundo
 pergat; sed recta breuique via, ad tui itinere is
 finem perueniat, qui est ipsemet Deus. Et, vt
 omnes ad præclarum hoc exercitium afficiā-
 tur, declarabimus hoc discurrentes per tres il-
 las vias perfectionis, quas vocamus Purgatiuā
 Illuminatiuā, & Vnitinā; & per gressus, quibus
 in eis ambulatur: quales sunt actiones, quibus
 vitorū mortificationem, virtutum splendo-
 rem, & amoris cum Deo vnionem obtinemus.
 in quibus si fideliter præstemus quæ ad nos
 pertinent, in prædicto pacto; **DEVS** pro-
 culdubio partes suas in eodem pacto serua-
 bit: sicut ipse dixit sanctæ Catharinæ Se-
 nensi: *Esto memor mei, & ego ero tui; stu-
 de tuas actiones præstare, cogitans quod te
 aspicio*

UX SPIRITUS
 DE PONTE

Cant. 7. 11.

aspicio; & ego operam dabo, vt illæ dirigantur in tuum commodum quod experta sponsa dicebat. *c. Ego dilecto meo; & ad me conuersio eius.* Ego intendo in meum dilectum, & ipse in me; ego studeo progredi in eius præsentia, vt illi placeam; & ipse attendit, vt vias meas dirigat, quibus etiam illi placeam.

§. 1. *Memoriam Dei conferre ad fugienda peccata; & tentationes vincendas.*

INCIPIENDO à gressibus viæ purgatiuæ, quibus orationis impedimenta remouentur, certū est, si illis in præsentia dei ambulemus, ipsum eos ita directurū, vt fiāt cum excellenti puritate.

EIUS enim præsentia memoria, potenter omninò retinet ac frenat, ne carnis nostræ propensiones sequamur; efficitque vt peccatum non secus atque Basiliscum fugiamus. Quis enim peccare auderet, si aduerteret Deū esse præsentem, ipsumque aspicere? Quis adeo temerarius est latro, vt furari audeat: si attendit se à iudice videri, qui possit è vestigio ipsum capere, & supplicio afficere? Quomodo ergo coram Deo meo peccare audebo, qui meus est iudex, & potest poena me afficere temporali, & æterna. Et ideo sanctus Thomas dixit: *Si Dominum præsentem, & omnia videntem, ac iudicantem semper cogitarem aut vixissem aut nunquam peccarem.* Quasi diceret, vix

Opusc. 78.

hæc

hæc duo se compatiuntur: attendere, quod respiciat nos Deus iudex noster supremus, & peccare in eius præsentia. Quod si peccamus, id fit quia huius obliuiscimur, & ipso opere protestamur hanc obliuionem & deceptionem dicentes, cum magnis illis peccatoribus: *c Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.* in quæ verba ait sanctus Hieronymus: si cum tentamur, cogitaremus Deum nos aspicere, esseque præsentem, nunquam, quod illi displiceret, faceremus. Quamobrem pius ille senex Tobias, cum filium, qui iuuenis adhuc erat, institueret præ omnibus alijs hanc præsentia Dei memoriam ei tanquam efficaciam medium ad peccata fugienda, Dei verò præcepta seruanda, commendat; quam instructionem ita ipse connectit: *b Omnibus (inquit) diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum; & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri.* Id ei significans: si primum impleret, facile reliqua duo seruaturum, ob excellentem efficacitatem, & vim quam ad id habet, sicut apparet in sancta illa Susanna, quæ cum ab impudicis senibus vrgeretur, minantibus mortem, nisi ipsis consentiret; animosè respondit: *c melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini.* quasi diceret. Etsi me homines non videant, scio quod me Deus aspiciat; in cuius præsentia nolo admittere peccatum, etiamsi propterea sit mihi moriendum. Quod si hæc diuinæ præsentia

a Ezec. 8. 12

d Tob. 8. 6.

c Dan. 13. 23

UX SPIRITUS
DE PONTE

sentia memoria, tantum valuit ad culpam impediendam in tantis angustijs, vt necessitas esset; aut eam admittere; aut vitam & honorem perdere. Quanto magis impedire poterit ordinaria nostra peccata, quæ alias admittimus, in tantis angustijs non constituti.

2.

HINC fit, vt hæc memoria sit medium efficacissimum, ad vincendas tentationes demonis, mundi & carnis; non solum ob sancti timorem, quem nobis incutit præsentia nostra iudicis, cuius est castigare eos, qui illis consentiunt; sed etiam, quod magnum nobis addat animum, cum videamus adesse nobis omnipotentem Deum, qui ad eas vincendas iuvare nos possit; sitque noster patronus & protector in huiusmodi pugnis. Et propterea David. *d Providebam (inquit) Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, et non commovear*, nec vincar. circa quæ verba ait Calpurnius: ille solus vim atque intellectum huius versus efficaciter assequitur, & in præxim deducit, qui intelligit, se cunctis momentis huius vitæ, à Domino in corporis & animæ puritate conservari: quam ipse conservare non posset, nisi Deus ad dexteram eius assisteret, confortando opera, quæ ab ea manu procedunt, contra furentes impetus, qui à manu hostis illi eueniunt, ad ipsum prosternendam. Sed hoc adiutorio munitus, confidenter cum S. Iob dicet: *e Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me.* Nullius e-

d Psal. 15. 8

Coll. 12. c. 5.

e Iob. 17. 3

nini

nim manus adeo erit potens, ad me proijciendum, atque tua est ad me defendendum, & quamuis *f Diabolus, tanquam leo rugiens circumeat, quarens me, ut deuoret,* non timebo: quoniam *g Dominus est in circuitu meo, ut me protegat.* Et siquidem potentior & *h maior* (ut ait sanctus Ioannes) *est, qui est in me;* hoc est, Deus, *quam qui est in mundo* hostis videlicet Diabolus, certa erit nostra victoria, cum illius presentia & auxilio.

1. Pet. 5. 8.

3. Psal. 124. 2.

h. 1. Ioa. 4. 4.

3.

DENIQUE, si cupis preparationem tuam ad orationem, esse perfectam, & examen tue conscientie, confessionem peccatorum, eorumque dolorem, vitiorum mortificationem, reliquasque actiones ad perfectam puritatem impetrandam necessarias, in omnibus his fies compos voti, si ea peregeris, tanquam in Dei presentia constitutus. Id enim voluit Deus, cum dixit: *ireduc me in memoriam & k iudicemur simul: narra, si quid habes, ut iustificeris.* Si enim teipsum coram Deo iudices, ita iudicium facies, ut ex gratia eius iustificeris; & si in eius presentia culpam tuam confitearis, tantum concipies dolorem & pudorem, ut statim eam tibi remittat.

i. Isai. 41. 26.

Ex D. Greg.

26. mor. c. 5.

k. Iob. 31. 14.

O DEVS eterne, remoue queso densum illud velum, quod mea peccata, inter me & te constituerunt, ne te videam. Scio

enim

UX SPIRITUS
DE PONTE

Scio enim, si ea aspexero ut debeo, acturum me, ut omnia quod admisit, deleam; & operam daturum, ut nunquam ad eadem reuertar, ne mundissimos tuos oculos offendam, qui vident, ac detestantur.

§. 2. *Eandem Memoriam Dei plurimum conferre ad veras solidasque virtutes comparandas.*

EADEM præsentia diuinæ memoriæ plurimum iuuat, ad comparandas virtutes viæ illuminatiuæ; virtutes non in specie, vanas & pueriles; sed veras, solidas, verè viriles. Bonum enim opus, quod fit in præsentia hominum, potest esse merè vmbra- tile, & cum sola externa forma probitatis quia illi non intuentur corda; sed quod fit in præsentia Dei, ut illi placeat, verum est atque solidum. Ille enim non solum exterius videt in cortice, sed penetrat ad interea; nec illi satisfit sola apparentia, nisi vera sit existentia. Quare idem est *coram Deo ambulare*, & ambulare in veritate absque fictione; in lumine, & non in tenebris: sicut dixit Dauid: *Accedite ad Deum, & illuminamini, & facies vestra non confundentur*. quasi diceret. Constituite vos coram isto sole iustitiæ, & illuminabimini à splendoribus gratiæ eius, & radijs verarum eius virtutum; & quando b *Deus illuminabit abscondita tenebrarum, & mani-*

a Psalm. 33. 6

b 1. Cor. 4. 5

ifesta

festabit consilia cordium, vos non erubescetis; eo quod vestra virtus erit interius, qualis exterius apparet; talisque erit intentio occulta, quale est opus publicum: Deus enim dirigit gressus ambulantis in eius presentia; & intentionem, ut recta eum aspiciat, quem presentem habet; nec eam inclinet, aut vertat ad rem aliam creatam. Et hinc est, quod scriptura sacra exhortatur nos, ut c modestia nostra, temperantia d letitia & ceteræ virtutes, innoscant omnibus hominibus, non quod illi sint presentes. sed quoniam Dominus prope est. hinc enim provenit illis bonitas, quâ habent, iuxta illud Ecclesiasticus: Ego cognovi, quod erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem eius. & presentiam. Quia fruuntur vero & solido bono, & impetrabunt veras fructus, quia secum habebunt earum Dominum.

c Phil. 4. 5
d Psal. 67. 4

c Eccl. 3. 12

f Psal. 79. 20

2.

g Act. 7. 55

h Mat. 28. 20

PRAETEREA, sicut Imperatoris presentia, milites animat, ad insignia facinora aggredienda. Ita Dei presentia, animum iustis addit, ad excellentia opera patranda: aspectus Christi D. N. ad g Patris dextram stantis, magnum adiecit animum protomartyri *Stephano*, ut vitam pro eo daret, qui è cælo ipsum pugnantem aspiciebat. Et cum Christus suos Apostolos, ad prædicandum Evangelium misit ad omnes gentes, dixit: *h Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi;* ut eius presentia memoria, sollicitos eos faceret ac sedulos, in tanta expeditione. Et quando

UX SPIRITUS
DE PONTE

i Gen. 28.14.

Iacob suum iter incepit, in quo magnos labores erat toleraturus, apparens illi Deus in mystica scala innixus, ut animum illi adderet, dixit: *i Ego ero custos tuus, quocumque perieris.* Quod tantam admirationem & animum ipsi Iacob attulit, ut euigilans, statim dixeret: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam non est hic aliud, nisi domus Dei & porta cœli.* Et statim surgens tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, & altarium fundens oleum desuper, obtulitque vota sua, qui reuelauerat locum, in quo erat. O si Deus oculos tibi aperiret, ut immensitatem eius cognosceres, qua cœlum implet & terram; nulli relicto loco à sua præsentia vacuo? ubi tu esses, dicere posses: *Verè Deus est in loco isto, & ego nesciebam,* aut id non attendebam; cum iam id animaduertam, videamque præsentem, non debeo illum hoc in loco offendere, quia *terribilis est locus iste;* potius uolo hic eum adorare, & præstare obsequium, quia verè locus est iste venerabilis: Hic licet orare, quia domus Dei est; hic licet pulsare, quia est porta cœli; hic promam, & offeram vota; & proposita mea: quia ipse aspexit me; Hic magna ei obsequia exhibebo, quia quidem auxilia mihi promittit ad ea præstanda.

3.

H A C uia fide omnes virtutes exacuuntur, nouumque splendorem recipiunt, & Heroicos suos actus, cum magna excellentia

exc

exercendos. Humilitas in Dei praesentia ab-
 jicit se usque ad abyssum Nihili; Obe-
 dientia est ad nutum, læta, prompta, ac dili-
 gens; Fortitudo, magna aggreditur pericu-
 la. Patientia exultat in laboribus; Religio
 pia offert sacrificia laudis, & gratitudinis; &
 in oratione colligit omnes animæ facultates,
 vestitum diem suo agant Domino. Quare
 Reg. s. fusa
 concludit sanctus Basilius, maximam no-
 stram curam esse debere, ut cor nostram di-
 ligenter custodiamus; quo memoria conti-
 nuata Dei, cum perpetua meditatione re-
 rum mirabilium, quas fecit, sculpta sit in a-
 nimis nostris, tanquam signum, quod deleri
 non possit, illudque nobiscum portemus,
 quocumque tandem nos conferamus. Hinc
 enim ait, orietur perfecta charitas, puraque
 intentio soli Deo placendi, nulla ratione ha-
 bita inanis opinionis & iudicij hominum.
 Nam si quis (ait idem sanctus Doctor) con-
 cionatur, aut grande aliquod opus, in præ-
 sentia magnæ multitudinis præstat: totam
 suam curam ponit in eo, ut præcipue Regi, si
 præsens est, placeat, non habita ratione
 multitudinis popularis. Quod si defectum a-
 liquem admittat, tristatur, ob iacturam hono-
 ri; si feliciter cedat, exultat ob honorem,
 quem inde acquirit. Hac ergo ratione, vir
 spiritualis, siue loquatur, siue agat coram uni-
 verso mundo, solum coniecit oculos suos in
 æternum Regem, qui præsens est, in cuius

UX SPIRITUS
 DE PONTE

comparatione Reges & Principes terrarum
 tanquam vulgares, & turba plebei. Ideo
 illi soli studet placere in eo, quod agit: si
 aliquam culpam labitur, tristatur propter
 quod Deo, qui illam videt, displiceat; si
 boni præstet, lætatur, quia Deus videt,
 placet; non habens maiorem rationem ho-
 minum præsentium, quam si abessent. Nam in
 præmi huius principis præsentia, ad eum
 videntur viles, ut vile sibi existimet, quod
 illis placere; aut timere, ne displiceat;
 hoc ipsum aliquid conferre possit ad ho-
 rem aliquem apud ipsum Deum obtinendum
 qui gaudet, quod studeamus hominibus
 cere, ut bene illis faciamus, & ob solam
 ditoris ipsorum gloriam. Hac ratione mag-
 nimitatem tibi comparabis ad eum Herodis
 ut sub tuis pedibus ponas res omnes huius
 di, ita viuens in ciuitate, atque si esses in de-
 to; & inter multos: atque si esses solus; non
 honores quærens aut laudes hominum; nec
 rum timens calumnias, aut opprobria; eo-
 lo contentus, quod sis apud tuum Deum
 fruaris thesauris sanctitatis, gaudij & pa-
 qui à iucunda eius præsentia procedunt.
 Rex æterne, *k deduc me*, sicut iacob, *per-*
rectas & ostende mihi regnum, quod *intra-*
est, te ipsum videlicet Regem gloria; & p-
 tectionem, quam habes eorum, qui te re-
 ciunt, aspiciam ego te semper ijs oculis,
 bus penetrem & comparem mihi Regem
 tuum, quod est in *iustitia, Pax, gaudium*

k Sap. 10. 10

1 Lucz 17. 21

m Rom. 14. 17

tu s. crescens in tua praesentia, & proficiens in virtutibus, donec earum praemium consequar. Amen.

§. 3. *Dei praesentia Memoriam etiam conferre ad opera via Vnitiva.*

PRAE omnibus, quae haecenus diximus est admirandum auxilium, quod ex memoria diuinæ praesentiae nobis prouenit, ad actiones & opera viae Vnitivae, quibus coniungimur Deo D. N. per actualem cognitionem, amorem, & vitae conformitatem. Quamobrem dixit Ecclesiasticus: *a Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspeditionem Dei.* Quod scilicet Deus ipsum per omnes partes aspiciat: in quibus verbis tria cogitationum genera exprimit; quae faciunt hominem beatum, eo modo quo beatus esse potest in hac vita, cum magna spe, quod erit plene beatus in futura.

Eccl. 14. 22

PRIMUM genus est, quod moretur cum sapientia, in quadam scilicet cognitione Dei beneuola ac iucunda; dulces cum eo sermones miscens, arctamq; familiaritatem contrahens, cum vnione perfecti amoris.

SECUNDUM est, quod meditetur in sua iustitia, frequenter cogitans de diuina lege, & virtutum pulchritudine; vt eas amet, & per

UX SPIRITUS
DE PONTE

earum conformitatem, cum suo creator
niatur.

TERTIUM genus est, quod intra seipsum
& profundo quodam sensu cogitet, Deum
esse presentem, ipsumque omni ex parte
cumspicere.

Et hic actus priores duos adiuuat ac per
cit: memoria enim presentia Dei reprimit
cordis distractiones, acuit discursus intel
ctus, inflammat affectus voluntatis, compo
totum hominem interiorem & exterior
in oratione, eleuatque Spiritum eum
desiderijs unendi se cum Domino, quem
sentem habet; qui in premium huius dilige
tia ac desiderij, rapit illum ut sibi uniat.

4. Mer. c. 11.
in Job. c. 34.
4.

Id notat sanctus Gregorius
cum declarat verba illa cuiusdam amici
*si direxerit ad Deum cor suum spiritum
& statum ad se trahet.* Quod est dicere
homo cor suum ad Deum direxerit, attendit
eum esse presentem, omnesque suas cogi
tiones & affectiones in eo collocans, in
tione pura, desiderioque illi placendi; De
Spiritum eius, & respirationem siue statum
se trahet. Vi, inquam, & efficacitate sua
inspirationem ita ad se rapiet internas Spi
ritus facultates, & externas corporis, ut Spi
ritus hominis coniungatur cum ipsius Dei Spi
ritu, *h fiatque unus Spiritus* cum eo, ut con
hanc quietem & iucundam unionem non in
diat. Et pari ratione liceret eadem verba
explicare: quod cum homo cor suum

b. 1. Cor. c. 17

modo praedicto ad Deum dirigit, trahet ad se-
ipsum Spiritum & flatum Dei, sanctam scilicet
inspirationem, donec Spiritus sancti, qui-
bus cum Deo vnitus maneat, insigni deuotio-
nis facultate & facilitate, ad ea, quae sunt obse-
quij Dei. Praesentia itaque iucunda huius Do-
mini, causa est, cur Deus sibi coniungat Spi-
ritum hominis; & homo animum recipiat, Spi-
ritum suum cum Deo coniungendi, concu-
rentibus Deo & homine ad hanc vnionem
& utroque vi magna, ob ipsius Dei virtutem
& inspirationem.

Ex quibus intelligitur, eum, qui per
viam hanc Vnitivam ambulat, magnum stu-
dium curamque adhibere debere, in exacuen-
da hac fide, & memoria diuinæ praesentiae,
qua reprimat, auertatque quicquid potest
concupitam eam vnionem impedire. Si enim
(vt sanctus Basilius expendit) qui cum magno
aliquo Principe, de grau: aliquo negotio a-
git, magno timore ac reuerentia attendit, o-
culis corporis & animae, quid faciat; Quantò
maiori timore ac tremore decet nos esse in
praesentia Dei viui, colligentes totam no-
stram animam, vt attendamus, quid fa-
ciamus, absque digressionem vlla ad rem,
cuius praesentia indignam? praecipue cum
pareat DEO, non solum externum opus,
quod vident homines; sed interra quo-
que compositio, quam illi videre non pos-
sunt. Cum autem senseris, tuas cogita-
tiones, te inuito, distrahi & effundi;

ta confit.
monast. c. 2.

UX SPIRITUS
DE PONTE

opponas te vi magna, configendo tuum Spiritum firmiter in DEVM, clavis timoris, amoris, & confidentiæ: timens scilicet eius iram, si digrediaris; sperans eius auxilium, ut non effundaris; & amans eius bonitatem, ut de ea cogites, cum animi tui voluptate. Nam (ut ait Cassianus) non est leuis culpa, existentem in oratione cum Deo, effundere spiritum te suas cogitationes ex eius præsentia: id enim est, opere ipso protestari, quod te Deum non videat, nec audiat; & iudicium tepiditatis erga eum amoris. Nam qui multum amat, plene est cogitatione & affectu suo in re amata, quantum in seipso.

Coll. 23. c. 7.

3.

DENIQUE hac beneuola & amica Deum præsentia, remouentur cætera internæ huiusmodi quietis impedimenta, mortificatis sensuum appetitionibus, cupiditate, ac superbia, quibus mentis nostræ distractiones, cordisque ariditates proueniunt. Ac propterea amicus ille sanctus Iob, priori illi sententiæ: *c si direxeris cor tuum ad Deum, haec adiecit: deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.* caro enim deficiet, & homo mortificationem sensuum carnalium; & homo conuertetur in cinerem, cognoscendo ex vera humilitate nihilum illud, quod ex seipso habet: & his manebit Spiritus liber, ut in conditori plenè coniungatur. O beatum uerum, qui semper Deum sibi præsentem habet? o felicem animam, quæ dulcis eius præ-

c Tob. 34. 15

sentia

sentia nunquam obliuiscitur? ò anima mea,
attende, quod te Deus aspiciat, in omnibus
uijs tuis, publicis & privatis; vt ille dirigat,
& *perficiat omnes gressus tuos in sen ijs suis;* d Psal. 16. 17
vt non moueantur *vestigia tua.* Prouideas Psal. 15. 8
Dominum in *conspetu tuo semper;* vt cor
tuum lætetur, lingua exultet, & requiescat ca-
ro, ea spe, quod sit futura particeps huius glo-
riæ, donec ea fruaris præsentia; non, vt
nunc, obscura fide, sed clara ipsius
Dei uisione; per æter-
na sæcula, A-
men.



UX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT VI.

*IN QVO PONVNTVR SVM-
matim varij modi, quibus Deus nobis
est præfens; & modus quidam orationis
circa illos, ad frequentem Dei me-
moriam habendam, & in eius
conspectu ambu-
landum.*



EXERCITIUM orationis,
quæ fit assistendo in præ-
fentia Dei, pro materia ha-
bet varios illos modos, qui-
bus ipsemet Deus nobis est
præfens, quos ad quinque
præcipuè reducimus.

I.
S. Thom. i. p.
q. 8. art. 2.

PRIMVS modus est omnibus creaturis cõ-
munis, in quibus (vt Theologi loquuntur) est
Deus per ESSENTIAM, PRÆSENTIAM,
& POTENTIAM. Est Deus per ESSEN-
TIAM, quia ipsamet Dei substantia, realiter
& verè est in illis omnibus; idque magis inti-
mè, quam sit anima in suo corpore: & hoc mo-
do Deus implet cœlos & terram, assistens in
ipsamet essentia sua omnibus locis, quæ ip-
sæ creaturæ occupant, nullo omnino angulo
excepto, etiam abditissimo & profundissimo,
in quo non sit tota illi⁹ diuinitas. Est etiam in
ijsdem per PRÆSENTIAM, quia clarè ac
distin-

mam animæ meæ, Vitam vitæ meæ, Potentiam mearum potentiarum, Opus meorum operum, Deum meum & omnia mea, In omnibus enim est dans illis quicquid habent, vt sint mea. Primus hic modus existendi Deum in creaturis, ad eum est proprius, & naturalis ipsi Deo, propter eius immensitatem, sapientiam, & omnipotentiam; vt impossibile sit; quamdiu illæ suum esse habent, non esse Deum cum illis, aut se absentare, aut ab eis se elongare.

2.

SECUNDVS modus existendi Dei in hominibus, omnibus iustis est communis, iisdemque solis: Est enim in illis per gratiam, efficiens scilicet in eorum animabus effectus gratiæ & charitatis, cum cæteris virtutibus ac donis, quæ illos sanctificat, iuxta illud Christi Domini nostri: *e Si quis diligit me, Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Cùm dicit: *ad eum venimus*: significat Patrem & Filium, ac proinde etiam Spiritum sanctum, in iusto permanentes. Quo præsentis modo non sunt in eo, qui non diligit, quamuis statim atque diligere incipit, incipiant & ipsi in illo esse, non per ipsius Dei mutationem; sed hominis, de nouo recipientis effectus, quos in eo Deus efficit. Iusto autem lethaliter peccante, subtrahit se Deus ab eius anima quatenus cessat ab affectibus gratiæ & charitatis producendis, quos antea producebat.

e Ioan. 14. 23

TERTIVS jmodus, quo Deus est in hominibus, ille est, quando videlicet nouis & particularibus gratiae suae fauoribus, eos prosequitur: vt cum noua aliquarum veritatum luce, noua deuotione, aut spiritali gaudio, eos afficit; aut cum speciali sua prouidentia, ipsorum rebus afficit, eos dirigendo, & inspirationibus suis gubernando; officiumque Patris, Magistri, Protectoris ac Defensoris praestando. Et hoc sensu (vt dicemus postea) dicere consueuimus: quod Deus visitet animas, & sit in eis; & quod interdum ab eis recedat, interdum verò redeat; & quod modò est praesens, modò absens; vt constat ex libro Canticorum, in quo dicitur, quod *f Sponsa vocaret dilectum suum & q̄ quareret illum, nec inueniret. Interdum, quod h eum inueniret teneret, nec dimitteret; & ex tempore i ille discederet, illaque eum quareret nec inueniret: vocaret nec responderet ei, & mox reuenter cur ille, k & loqueretur, ac visiteret eum.* Omnes tamen hi accessus & recessus, absentiae & praesentiae (vt bene more suo sanctus Bernardus perpendit) intelliguntur esse, ex nouis animae sensibus, cui ipse praesens est, quando ea sensa communicat; absens verò, cum eadem subtrahit; quamuis maneat sepe illi praesens, tanquã auxiliator in omnibus quae sunt necessaria ad eius amicitiam conseruandam, adimplens reipsa, quod per suos prophetas dixit: *Ne timeas: quia ego tecum sum.*

f Cant. 5 6

g 3. 1.

h 3. 4.

i 5. 9.

k 6. 3

Serm 74 in

Cant.

De hoc in
1a c. 17.

1 isa. 41. 10.

1 1a c. 1. 8

UX SPIRITUS
DE PONTE

4. ALIUS est quartus modus quo existit Deus in hominibus, propter sacratissimam suam incarnationem, cuius causa *vocatur Emmanuel* quod est interpretatum: *Nobiscum Deus*. Eo quod naturæ nostræ sese coniunxit, & *cum hominibus conuersatus est*. Quamuis enim ascenderit postea in cœlum, non propterea desinit esse nobiscum, quatenus rebus nostris assistit, nosque gubernat tanquam Magister, Medicus, Protector, & Redemptor noster: merita sua nobis applicans, & infuens admirandæ copiosæ suæ redemptionis effectus; licet tanquam absentem lugeamus, quando eos non sentimus; gaudeamus, verò de eius præsentia, quando eosdem experimur.

5. DENIQUE manet, existitque nobiscum, usque ad finem mundi, in sanctissimo Altaris Sacramento, veniens è cœlo ad nos visitandos realiter ac verè totus ipse IESVS Christus, verus Deus & homo, manens in terra toto tempore quò sacramentales ipsæ species perdurant, ut fruamur corporali eius præsentia, his velis occultata, liceatque cum ipso loqui ipsum propè nos cernentes.

§. 1.

HOC iacto fundamento, licebit tibi utilissimum quendam orandi modum supra illud erigere, de diuina scilicet præsentia: si cogites, Christum Dominum nostrum ad cor tibi loqui id, quod suis discipulis valedicens dixit: *o Ecce ego vobiscum sum.*

o Mat 28. 20

sum.

sum, omnibus diebus vsque ad consummationem
 seculi. Quibus verbis complexus est praedictos
 quinque modos suae praesentiae. Illo autem
 verbo: *Ecce te mon et, vt super hanc eius praesentiam reflectaris, eam perpendas, eiusque frequenter memineris.* Hinc enim Ecclesia sancta, dulce illud verbum accepit, *Dominus vobiscum.* Quod saepius repetit in officio diuino, & in sacro Missae, & eodem salutabant olim Angeli homines, cum illis apparebant: sicut fecit ille, qui Gedeonem salutauit dicens: *p Dominus tecum, virorum fortissime: & Gabriel Angelus beatissimam Virginem salutans, q Ave (inquit) Gratia plena.* Magno autem mysterio in hac salutatione non ponitur verbum: neque enim dicemus: *Dominus est, fuit aut erit vobiscum; Sed simpliciter Dominus vobiscum, aut tecum: ad comprehendendum quique praedictos modos, quibus est Deus vobiscum: confitentes aliquos eorum fide & operibus, aliorum esse participes cum caritate; atque si diceremus: Ecce Dominus est vobiscum per essentiam, praesentiam, & potentiam; & vtinam sit vobiscum per gratiam, speciales eius fauores vobis communicans; & attendite ipsum fuisse vobiscum in forma visibilis hominis; & esse, futurumque in sanctissimo Sacramento, vt vos fauore praesentiae huius corporalis prosequatur.* Notat vero sanctus Athanasius, nos in hac salutatione non dicere, *Deus, sed Dominus; vt intelligamus, omnes nos eius esse seruos, quos deceat*

p Iudic. 6.

a Luc. 1.28

Serm. cont.
omnes hzi.UX SPIRITUS
DE PONTE

Heb. 4. 12.

deceat in eius conspectu, magno timore ac reuerentia versari, & cum eisdem dices eidem Domino: O verbum diuinum, verbum æternum, & viuum & efficax, quod rebus omnibus afflitis, & cum eisdem operaris, dic cordi meo verbum hoc: *Dominus tecum*: & clarifica oculos animæ meæ, vt intelligendo assequar præsentiam tuam mecum; & obtineam, quam offers mihi per tuam gratiam: donec perueniam ad fruendum vltima, quæ est in tua gloria, Amen.

§. 2.

I.

IN hac preparatione duo licebit magni momenti perpendere, alterum cum altero conferendo: recentissimam videlicet memoriam, quam Deus de te habet, profundam vti quam tu de Deo habes obliuionem. Quam propè te sit Deus; & quam procul à Deo recedas: Nam vt ait S. Dionysius) sancti Trinitas est rebus omnibus præsens, non tamen res omnes sunt eidem præsentem, hoc est non omnes eam ita præsentem habent, vt vaciter eam aspiciant eiusq; præsentiam cognoscant. Alij quidem ex ignorantia aut infidelitate, quales erant illi, qui de Deo dicebat apud Iob: *Sine nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat*: Alij, ob quandam mortalem obliuionem, & auersionem; qui, esse *confiteantur se fide nosse Deum, factis tamen eundem negant* in tanta Dei obliuione viuentes, atque si in mundo non esset. Et genera-

c. 3. de diuin. nom. in.

Iob. 22. 14.

Tit. 1. 16

tum huiusmodi obliuio, est in nobis valde ra-
 dicata: eò quod anima nostra sit immerfa cor-
 pori huic adeò crasso, rebusque quas percipit
 sensibus, ita infixò ut ab eis remotis non atten-
 dat. Quam ob causam (ut bene perpendit Eu-
 sebìus Cæsariens.) primus homo duplex ha-
 buit nomen, quorum alterum fuit *Adam*, quod
terram significat: eò quod eius corpus ex ea
 esset formatum: alterum fuit *Enos*, quod si-
 gnificat *obliuiscens* ut significaretur, quod e-
 ius anima, etsi, quia purus est Spiritus, deberet
 esse vigilantissima in rebus præteritis cogno-
 scendis, & in præuidendis futuris; sed statim
 tamen atque corpori coniungitur, miseran-
 dam induit obliuionem rerum omnium, quæ
 non sunt sensibus præsentibus. Et propterea
 sanctus Rex David, volens exaggerare infinitam
 Dei bonitatem, quam ostendit in me-
 moria hominis, utroque hoc nomine est usus.
 Quid, inquit, est *Enos*, quod memor es eius? v. Psal. 8. s.
 aut filius adam quæ visitas eum? Atque si di-
 ceret: Quid est homo obliuiscens siue obli-
 uiosus, ut tu eius recorderis? aut filius homi-
 nis terreni, ut eum tu visites? Tu itaque in o-
 ratione tua duo hæc cum magno animi tui
 sensu expendes; & cum ingenti admiratione
 exclama: O Deus æterne quomodo semper
 es memor eius, qui tui semper obliuiscitur?
 Quomodo continuatam habes memoriam e-
 ius, qui perpetuam habet tui obliuionem? O
 Deus præsentissime, & remotissime; præsen-
 tissimus quidem, quod in te est, omnibus crea-

UX SPIRITUS
 DE PONTE

turistuis; remotissimus verò hominibus
 renis propter profundam obliuionem,
 tenentur, quod tu sis in eis. O quam aptè
 nomen conuenit obliuiscens; siquidem
 obliuiscor Dei, qui mecum est; & benefico-
 rum, quæ continuè in me confert; præcep-
 tum, quæ mihi imponit; præmiorum, quæ
 mittit; suppliciorum, quæ minatur; ac denique
 iudicij, quod instituet, ut cuique det, iuxta
 iusque merita. O Pater misericordissime,
 fer à me perniciosam ad eò obliuionem;
 semper sim tui memor, sicut es tu mei.

2.

VLTIMVM hoc propositum, est prin-
 cipalis orationis huius fructus, cum ex toto
 de desideras memoriam habere Dei continen-
 tissimam, quæ tibi erit possibilis; iuxta illud
 sancti Augustini in suo manuali: *Sicut
 lum est momentum, quo homo non fruatur,
 utatur pietate diuina; Sic nullum debet
 momentum quò eum presentem non habeat
 in memoria.* Hoc exigit lex gratitudinis erga
 tum benefactorem. Et siquidem ipse dicitur
*Etiam si mulier oblita fuerit infantem suum
 ut non misereatur filio uteri sui; Ego tamen
 obliuiscar tui; ecce in manibus meis deserv-
 re, in sua videlicet memoria, intellectu,
 voluntate: ut omnibus tibi benefaciat; et
 stum omninò est, ut tu, licet rerum omnium
 delectabilium huius vitæ obliuiscaris, non
 tamen obliuiscaris Dei tui; sed, ut in Spiritu
 tui manibus, ita illum scribas; ut omnes
 tuas potentias colles in eo aspiciendo,*
 demer

x lfa. 49. 15

§. 2. DE ORAT. ET PRAESENTIA DEI III

demque seruando, propter tot bona, quae in te
confert. O benefactor infinite, y *adhereat lin-
gua mea faucibus meis, si non meminero tui.* y Psal. 116. 5

Obluiscar ego mei, & omnium rerum crea-
tarum, obliuione sancta, vt semper recorder
tui Creatoris mei, scribes te in manibus meis,
sicut tu me scriptum habes in tuis.

Quae proposita animique decreta, vt fir-
ma sint & efficacia, omnino & viriliter sta-
tuere debes, mortificare quidquid in corde
tuo terrenum est, impeditque continuam
Dei tui memoriam. Neque enim sine causa y Psal. 41 7

David dixit. *Memor ero tui de terra Iorda-
nis & Hermonym,* significans (vt sanctus Lib. 13. mor. c. 6.

Gregorius declarat) memoriam Dei obtine-
ri, cum homo degit in terra humiliationis,
quam Iordanus significat, quia interpreta-
tur descensus; & in terra abnegationis &
obliuionis sui ipsius, quam significat Her-
mon, quod interpretatur Anathema siue a-
lienatio: Dum enim homo seipsum deij-
cit, omniaque sua Deo offert in *Anathema* y Iudich. 16. 23

obliuionis, vt eorum perpetuo obliuiscat-
ur; tunc ad sui Creatoris memoriam
frequentem reuocatur, eo quod
eius obicem abstule-
rit.

UX SPIRITUS
DE PONTE



§. 3.

EX his progredieris ad actualem ex-
 rationem huius memoriæ Dei, &
 proprios actus, in quibus illa confitetur
 quos insinuauit sanctus Dionysius dicitur.
 Tunc nos esse Trinitati sanctissimæ præsentem
 cum castis orationibus, tranquillo intellectu
 affectuque ad vnitatem diuinam apto, et
 inuocamus. Quibus verbis tria horum actuum
 genera iudicat, quibus possumus semper in
 præsentia versari, eumque viuaciter præsen-
 tem habere, sicut ipse nos habet.

1. **PRIMUM** genus actuum est, Deum
 uocare, & frequenter cum eo loqui oratio-
 nibus ac petitionibus castis & puris, sine
 actione distractionum, aut obliquarum in-
 tentionum. Hic enim modus, cum Deo collo-
 di, est protestatio quædam actualis, quæ
 nobis præsens, nos audiat, & intelligat: sin-
 dem nullus homo prudens loquitur, nisi ad
 eo, qui præsens est; & quem scit attendere.
 quæ ipse dicit, Et hoc præstant frequenter
 læ orationes, quas iaculatorias appellamus
 tanquam sagittas videlicet, quas iaculamur
 Deum; propè nos existentem: quibus ipse
 ipse respondere, excitando in nobis sensum
 dam diuinæ suæ præsentis, quasi dicens: sine
 dem vocas me, a ecce adsum. Hic sum prope
 quid à me vis? O dilecte mi, quid aliud
 volo, nisi te? cupio semper esse tecum eo
 do, quo tu es mecum; semper te inuocabo.

a Isa. 58. 9

mihī dicas: ecce adsum, faciens me sentire auxilium, quod in tua præsentiā habeo. *Harum facultatorum multa ponentur cap. 12 & 13. huius Tract. quamuis in omnibus multa saepe inserantur.*

SECUNDVS actus ad habendum Deū præsentem, pertinet ad cognitionem quieti & tranquillī intellectus, ut exacuatur fides præsentiæ diuinæ in rebus omnibus; eamq; fouēdo consideratione luminis naturalis; quod vt sua ratiocinatione, ex visibilibus humani corporis actionibus, deducit præsentiā animæ inuisibilis intra ipsum existentis, virtutem que & vires ad eas exercendas tribuentis: ita etiam ex visibilis huius mundi creaturis intelligit, præsentem illis esse Spiritum quendam inuisibilem, earum creatorem, à quo (vt ait Apostolus) accipiunt b *Esse, vram & motum, quem habent: Quia neque illæ hæc habere potuissent, nisi Conditor ipse illa daret: nec ipse daret, nisi præsens illis adesset. Quod si te in hac veritate exerceas; ipsæ creaturæ excitatrices tibi erunt, vt creatoris recorderis, qui per eas, tanquam c per cancellos prospicit,* q̄ annis tu eum non videas.

2.
Ex intellectu tranquillo.

b Act. 17. 28.

c Cant. 2. 9

SED quonia in Dei occulta, melius amando intelligimus, quàm ratiocinando, non tantam curam in his ratiocinationibus pones, quantam in eo, vt præsentiā diuinā per sentias tertio genere actuum feruentium voluntatis; alliciendo eam, ad vñionem amoris cum suo Creatore gaudens & admirans hanc

3.
Ex affectu ad vñionem.

UX SPIRITUS
DE PONTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1. 2. q. 28. ar. 1.

assistentiam, quam in rebus omnibus habet.
Est enim (teste Diuo Thoma) diuini amoris
proprium, amantem vnire cum re amata,
contendat semper esse in eius præsentia,
que proximè adhærere. Quæ amoris
pensio ad eum est fortis, vt si Deus vnus
tate sua non esset vbique, amor, quem erga
illos habet, efficeret, vt propè & intra illorum
esset.

d. Iohan. 14.
23.

PROPTEREA enim ipse CHRISTUS
Dominus attribuit amoris causam d. Iuan. 14.
23. *qui ipsos diligit, & ipsi
eisdem diligitur.* Cuius rei stupendum quid
dam habemus CHRISTI Domini nomine
signum & argumentum. Nam cum eius
qua homo est, sit in coelo limitatus, ad
exteram scilicet Patris: quia tamen adeo
vehementer nos diligit, hic amor illum
impulit, vt sua omnipotentia in multis locis
cramentaliter se constitueret, quò præ
propriorque omnibus esset. Et, quoniam
eius omnipotentia efficere potuit, vt non
solum nobiscum esset, sed etiam intra nos
ipsos; idem amor eum impulit, vt sub specie
panis & vini se collocaret, quò possent
omnes intrare, & nobis omnibus se con
iungere. Quod itaque amor in Deo efficitur,
iam efficit in iusto, qui seriò Deum diligit,
scilicet semper in eius præsentia versetur,
taliter eum cum Deo coniungendo, per
cognitionem & amorem; ita vt

sponsa dicere illi liceat: *e inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* O Deus immense, diligam te ex toto corde meo, vt oblecter, tibi semper esse socius; vulnera me Domine, sagitta tuae charitatis, quae memoriam meam semper excitet; vbi enim magnus est amor, non habet locum obliuio.

§. 4.

HI sunt actus, in quibus praecipue consistit, ingressus ille coram Deo, aspiciendo illum, sicut hic videri potest: Nam (vt sanctus Augustinus ait) *Deum credere, intelligere, & sentire, ad illum, ardentem aspirare quodammodo illum cernere est, atque tenere.*

Iidem vero feruoris aestus testimonium suum eius praesentiae nobiscum. Nam sicut plurimi homines **CHRISTVM** Dominum, dum praedicabat aut ambulabat, tangebant, de illa tamen sola muliere, quae fide illum tetigit, dixit ipse: *f Quis me tetigit? Nam ego noui virtutem de me exisse:* Ita multi Deum quidem tangunt, quatenus prope illum ambulant; sed hoc nomine digni non sunt, nisi illi, qui viua fide amoreque eum tangunt, & admirabilium donorum, ex eius diuinitate profluentium, participes fiunt.

f Marc. 5. 30
Luc. 8. 46.

QUAMOBREM dixit Apostolus, *g fecisse Deum ex imo omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terra, & querere Deum, si forte attrectent eum, aut inueniant*

LUX SPIRITUS
DE PONTE

niant, hoc scilicet genere tactus viui & vi-
tiui, in quo finis vltimus & beatitudo
ius vitæ consistit, vt tertio Tractatu
tur.

Ex prædictis deducit sanctus Dionysius
cuiusdam deceptionis refectionem mo-
menti: quod cum oramus & clamamus
Deum desiderijs, suspirijs, & gemitibus,
nos respiciat, vt approximet, & nobiscum
coniungatur; non ita id fiat quasi velle
d uinam maiestatem ad nos trahere: vtpote
in omni loco præsens, mouere se non potest
sed, quò nos sanctis hisce cogitationibus
orationibusque moueamur, supremam
ipsius Deitati nos ipsos tradamus, appropin-
quemus, & viuaciter illi coniungamur.
Quod, inquit, duplici hac similitudine in-
ges. Finge, catenam quandam, à terra ad
lunam vsque protensam, vbi firmissimis cla-
uis sit affixa; si tu eius annulos arripiens primo
inferiores, postmodum altiores, videaris
catenam, ipsumque cœlum, cui illa confixa
est, ad te pertrahere velle; sed re ipsa, ramentum
lo ipso immoto permanente, catenaque
firmiter illi cohærente, tu ipse mutaris,
sensim accedis ad ipsum cœlum. Sicut iterum
si ad fluminis alicuius ripam esses in nauis,
rudentem ex altera parte rupi alicui affixam
ad te traheres; & si videreris velle rupem
ipsam mouere, atque ad te pertrahere, non
ita fieret ramentum, sed potius nauis sensim acc-
deres ad locum, vbi est turris immota;

quam ubi perueneris, eidem coniungereris. Ad hunc itaque modum, cum catenas conficis, & rudentes tuarum cogitationum, ratiocinationum, affectuum ac petitionum tuarum Deum vocando, eiusque praesentiam suspirando, non debes cogitare Deum ipsum mutari, ut ad animam tuam ueniat, eidemque coniungatur; Est enim rupibus, ipsisque caelis immobilior. Sed tu ipse spiritualiter mutaris; ut Deo appropinques, & in eius praesentia eidem coniungaris; ita ut iuxta Apostolum *g vnus cum eo Spiritus efficiaris,* g 1. Cor. 6.17 per amoris vinculum, *O Spiritus diuine,* h Osee 11, 4. *in funiculis Adam & in vinculis charitatis traheme ad te,* ita fortiter me immensa tua bonitate constringens, ut nulla res creata, separare me possit ab amica & beneuola praesentia tua in aeternum. Amen,



UX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT VII.

DE VARIIS ALIIS MODIS
quibus aspicere possumus Deum præsen-
tem, qui possunt accommodari varijs
orandi & contemplandi
formis.



QUAMVIS substantia eius, quod est Deum præsentem aspicere, consistat in actibus internis, de quibus hæcenus diximus, modo tamen eorum possunt esse diuersi, iuxta diuersitatem locorum, in quibus licet diuinam præsentiam considerare: quorū summam quandam hic proponemus; vt quisq; eligat sibi aptissimum ad finem, quē quærit; & ad opus, in quo occupatur; alij siquidem magis inuant, tempore recollectæ & separatæ orationis; alij etiam vsui esse possunt, in quacunque vitæ actiuæ occupatione.

S. I. De modo aspiciendi Deum existentem
in celo

I. PRIMVS itaque modus siue ratio Deum præsentem aspiciendi est, eleuando cor & oculos animæ in cœlum; qui thronus est gloriæ eius. Quamuis enim verissime Deus sit in omni loco, per Essentiam, Præsentiam, & Potentiam; peculiari tamen assu-

stentia

stentia, in illis locis esse dicitur, in quibus, peculiaria beneficia & fauores praestat, maioraq; dat indicia suae praesentiae. Hoc igitur modo dicitur esse peculiariter in caelo, ubi suam diuinitate beatis omnibus manifestat; indeq; nos aspicit, & gratiae suae auxilia nobis mittit; ibi (vt Salomon dixit) & a in loco habitaculi sui in caelo exaudit orationes nostras. Ex eo enim loco mittit ad nos precum nostrarum expeditionem, quas ad eundem, tanquam in caelo manantem, dirigimus. Quod (vt S. Bernardus aduertit) voluit ipse Christus D. N. cum initio precatationis, quam suos discipulos docuit verbum illud apposuit: b Pater noster qui es in caelis: vt spiritum nostrum a terra, rebusq; terrenis, ad caelum eleuaremus, vbi caelestis noster pater inhabitat, communicans in magna abundantia caelestia bona, quae ab eo petimus. Hunc orandi modum exercuit ipse Christus Dñs c in resurrectione Lazari, vt gratias patri suo ageret, q; ipsum audiisset; & in coenaculo, d quando pro se & suis discipulis orauit. Et olim in magno vfu erat apud SS. Patres. Dauid enim ait: e Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis: & fleuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Susanna quoque in suo periculo, g flens suspexit ad caelum, auxilium inuocans diuinum. Ezechias quoq; dicebat: Me ditabor vt columba; attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsu. Neq; sine causa dixit. meditabor vt columba, tum quod meditaretur gemens; tum q; saepe columba, dum grana,

23. Reg. 8. 30

Serm. de 4. modis orandi

b Matth. 6. 9

c Ioan. 11. 41 d c 17. 11

e Psal. 122. 1. f Psal. 120. 1

g Dan. 10. 35

h Isa. 38. 14

LUX SPIRITUS
DE PONTE

quæ colligit, deglutit, sæpè eleuat oculos in cœlum. Quo nomine *Sponsæ oculi* comparatur *oculis columbæ*, ad significandum, quod animæ Christi sponsæ inter meditandum, inter comedendum, & laborandum, debent frequenter oculos suos ad cœlum eleuare, vbi est dilectus earum sponsus.

NOMINATIM verò post corporalem Christi D. N. in cœlum ascensionem, vbi peculiarem habet locum, & sedem maiestatis, ad dexteram patris, expedit eleuare oculos in cœlum; eumque ibi agnoscere, tanquam redemptorem, & aduocatum nostrum, ex quo mos ille originem duxit, quem (vt refert sanctus Iohannes Damascenus) antiqui patres seruabant, cum orarent; vt faciem verterent ad orientem, eò quod crederent, ad illam partem Empyrej cœli, Christum D. N. sedere, de quo etiam Dauid dixit, quod *ascenderit super cœlum cœli ad orientem*. Et Daniel in Babylonia existens, *in fenestris apertis in cœnaculo suo contra Ierusalem* (vbi Deus singulari assistentia in templo suo erat) *flexerat genua sua, & adorabat, consistebaturque coram Deo suo*: Potiori itaque iure, qui in huius mundi Babylone degimus, cum orare volumus, eleuare oculos possumus ad ciuitatem Ierusalem cœlestem, eiusque orientem, vbi Saluator noster sedet in suo throno.

MODVS hic leuandi oculos in cœlum, præcipue fieri debet Spiritu, fideique oculis penetrando cœlos materiales, ad videndam

Maie-

Lib. 4 fidei.
c. 13.

i Psal. 67 34:

& Dan. 6. 10.

Maieftatem Dei, quæ intra illos in tanta gloria fe manifefat. Licet vt S. Bonauentura aduertit) non parum ad id iuuat, corporis etiam oculos eleuare, vt eos Spiritus oculi fequantur: præcipuè cū Dei magnalia funt meditando, ac diuinitæ gloriæ eius. Quod faciebat fanctus Antonius, & Beatus Pater nofter Ignatius: de quo refertur, quod foleret ascendere ad supremam partem domus, vnde poffet liberè cælum intueri; & confixis in eum oculis tanto feruore luceque rerum cœleftium orare vt, cū ad fe rediret, diceret: Quam vilefcit mihi terra, cū cælum aspicio.

In speculo
disciplina
p. 2: c. 6.

Cass. coll. 9.
c. 5. in eius
vital 5 c. 1

UX SPIRITUS
DE PONTE

§. 2. De modo afpiciendi Deum circa nos ipfos, aut nos intra ipfum Deum.

ALIVS modus habendi Deum præfentem eft, eundem circa meipfum afpiciendo, aut ad manū dextram, aut ante me aut me totū ab eo ex omni parte circūdatū: ficut dixit Dauid, a Dominus in circuitu populi fui. vt mari inftar eum tueretur.

a Pfal. 124. 2

1.

Hic modus varijs fimilibus potest explicari; interdum enim imaginari poffum, me intra Deum effe, inftar pifcis in mari; in quo nafcitur, fufientatur, mouetur, omniaque fua facit; non exiens ex ipfa aqua: extra quam non poffit vitam fuam conferuare: Sic ego fum intra ipfam diuinitatem, quæ inftar maris cuiusdam immenfe magnitudinis me circumdat, & ex omni parte cooperit; intra quam & viuō,

& me

& me moueo, & omnes meas adorationes facio; & extra quam nec unicum momentum viuere possem.

x.

b Isa. 46. 3.

INTERDVM imaginari etiam possum, me ita esse intra Deum, sicut est infans intra ventrem matris suæ. Sicut ipsemet Dominus populo suo dixit. *b Audite me domus Jacob, qui portabimini à meo ut ero, qui gustabimini à mea uia usq; ad senectam: ego ipse & usque ad canes ego portabo, ego feci, & ego feram, ego portabo & saluabo* Sicut itaque infans in utero matris suæ recipit esse, vitam, alimentum, & augmentum conueniens; cuiusque mater toto eo tempore est illi instar domus lecti, oris & oculorum, pedis & manuum; & instar lecticæ, qua ad varias partes vehitur; & quasi murus, & præsidium: quia nemo potest illū ferire nec tangere, nisi prius lædat ipsam matrē: & illa ei attendit æque, ac sibi ipsi: Ita etiā ego sum intra ipsum Deū, in ipso habito, tanq̃ in domo mea, & requiesco tanquam in meo lecto, intra ipsum comedo & bibo, dormio & vigilo, laboro & cresco; Deus est mihi instar lecticæ, quocumq; feror: est mihi instar muri contra hostes meos: quia ipse me protegit. id quod adeo sollicitè præstat, ut dixerit: *c qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*: Quia ita in ipso includor, sicut pupilla intra ipsum oculum. Et hoc modo me gestat, non solum per nouem menses, sed etiam in omni loco ac tempore, usque ad ipsam senectam; & quamdiu vita superstes erit conseruat hoc ipsum esse, quod habeo; to-

c Zach 2. 8.

c Psal. 16. 3.

lerat

ierat meas imperfectiones ac miterias, non sentiens tedium: me intra se ferendo, & me curam gerendo, donec me saluet.

INTERDVM licebit imaginari, quod sicut 3.
tempore nebulæ, omnes ab ea circumdamur
& penetramur: ita Deus omnipotens, qui in
signum suæ immensitatis, d *nebula implebit* 23. Reg. 8. 10
domum Domini, dixitq, Dominus, se velle habi
tare in nebula, implet etiã vniuersum orbem
sua diuinitate; ac proinde etiam sua misericor
dia, sapientia, bonitate, & omnipotentia, ceteris
que suis perfectionibus: sed id tamen instar
nebulæ, ea quia videri non possit, nisi fide ob
scura: quamuis reuera intra ipsum moueamur.
Hac nihilominus fide intueri me possũ
intra ipsum Deum, iuxta id, quod mihi opus
erit. Si sim ignorans; adspiciam me intra lucem,
& splendorem immensum; si sum frigidus
intra ignem amoris infiniti; si afflictus, in
tra suauem quendam & subfrigidum ventum;
si aridus, intra rorem quendam cœlestem ac
diuinum: Quia totum hoc est mihi Deus,
& totum hoc habet, in quocunque loco totius
orbis illum imaginer; & iuxta hoc, quando in
gredior domum, cellam, aut cubiculum: aut
quando sum ruri, credendum mihi est, totum
illud vacuum spatium, esse Dei immensitate
plenum, intra quam, tanquam intra cubicu
lum, orandum mihi & negotiandum, & omnia
opera mea facienda sunt. Sed præcipue
exacuenda mihi fides est, in ingressu Ecclesie,
in qua speciali assistentia est Deus Dñs noster,
vt spe-

UX SPIRITUS
DE PONTE

vt specialia præbeat lucæ præsentia^e indicia
 magni s̄que fauoribus eos prosequatur, qui v-
 ua fide eam ingrediuntur. Modus hic in De-
 præsentia ambulandi, vtilissimus est, ad ea cõ-
 moda percipienda, quæ supra s. cap. sunt pos-
 ita. Quis enim, attendens, se intra Deum esse,
 tale quid facere audebit, quip̄si Deo displiceat
 Quis filius in matris vtero existēs, si agnosce-
 ret vbi sit, & bona quæ ibi accipit iniuria aliq̄
 afficiat eā à qua tantū accepit bonū? Quod si mi-
 ser peccator, instar viperinæ prolis, materni
 viscera frāgere voluerit, vt laxius extrā illa vi-
 uere liceat, frustra in hoc laborat: neq; enim
 aliud obtinebit, quam propria sua viscera et
 no dolore planctuq; confringere. Et quis ho-
 minum adeo erit ingratus, vt non studeat, ei
 officia sua deferre, qui ipsum in domo sua ha-
 bens, perpetuo quodam conuiuio ipsi indulget
 traditq; diuitias, & honorem in illa? Quomo-
 do ergo non optes Deo seruire ac placere, cum
 te intra ipsum esse cernis, ab eius omnipoten-
 tia ita protectum, ac eius sapientia ita pene-
 tratum, à misericordia circumdatum, septum
 à iustitia, & in eius bonitate & charitate im-
 mersum? O ignis immensē, per totum vnuer-
 sum expansē? siquidem intra te dego; consume
 in me quicquid in causa est, cur te non videam
 penetra me ita, vt omnino te amem; commuta
 me in te, vt sim vnus tecum: &, siquidem à
 tua præsentia fugere non possum, ne pa-
 tiaris à tua gratia excidere.

Amen.

S. 3. Ratio

§. 3. Ratio Deum intra nos ipsos
aspiciendi.

TERTIVS modus Deum intuen-
di est, intra meipsum: siquidem reuera ita
est per Essentiam, Præsentiam, & Poten-
tiam, idque magis intimè, quàm sit anima mea
in corpore meo; & si iustus sum, etiam est in
illa, sicut Rex in suo throno; sicut sponsus in
suo thalamo; & sicut Deus in sancto suo tem-
plo: iuxta Apostolum dicentem: *a Nescitis, quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?* Item *b An nescitis, quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est?* Hunc modum coniunxit S. Ioannes cum præcedente, cum dixit. *c Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Est enim Deus instar *d domus refugii*, in qua iustus habitat: iustus autem est instar domus recreationis, in qua habitat Deus, *e cuius deliciae sunt esse cum filiis hominum.* Quod S. Augustinus ad omnes extendit, cogitans, totum vniuersum esse intra Deum, sicut spongiam quandam intra mare; quæ tum extra est aquis circumdata, tum intus ab eadem est penetrata. Sic omnes intra Deum sumus ab eius diuinitate circumdati; Deusque est intra omnes, intima cordis nostri penetrans.

Ex quo fit, vt modus hic præsentia Dei, valde sit vsui, in priuata & secreta oratione, & ad actus viæ vnitia, positos, §.3. cap. 5. quibus

L. D. P. Tract. I.

I

ingre-

UX SPIRITUS
DE PONTE

a 1. Cor. 3. 16

b e 6. 19.

c 1. Ioh. 4. 16

d Psal. 30. 3

e Prou. 8. 32

ingredimur ad orandum & agendum cum Deo intra nos ipsos. Cor enim nostrum (ut supra dicebamus) est templum Dei viui, & accessus, in quē iubet Christus D. N. nos ingredi ad *orandum Patrem* nostrum cœlestem, eo existentem. Est quoque aula siue schola in qua supremus hic magister nos docet, & loquitur, iuxta illud Davidis. *g Audi me quoniam loquatur in me Dominus.* Est ager, in quo regni cœlorum thesaurus latet, de quo ipse Saluator dixit: *h Ecce enim regnum Dei intra uos est.* Est etiam cœlum, in quo Deus interdat indicia suæ præsentia, & iustorum orationes exaudit, ex quo etiam sequitur nos intra nos ipsos debere Deum quærere, & gaudere interdum, quod nobiscum illum habeamus, fructusque colligere dulcis eius præsentia. Nam si intra me habeo Deum, cur defatigatum semper extra me quærere? si discipulus Magistrum haberet in domo sua, & medicus ægrotus, & mercator thesaurum, non exiret aliud, ut eos quærerent. Optimè hoc perperdit S. Thomas aduersus eos, qui ita cum Deo agunt, atque si is absens ab illis semper esse magna, inquit, cæcitas, & non parua ignorantia est multorum, Deum semper quærerentium, eumque si equiter desiderantium, & quot die in oratione eum vocantium, atque si procul ab illis esse cum scire deberent, iuxta dictum Apostolum *esse templum Dei viui*, in quo ipse verè habitat, & animam suam sedem esse Dei, in qua semper

Opusc. 63. de
beatit. c. 3.

per ipse requiescit. Quis vnquam nisi valdè ignarus studio quærit extra domum suam instrumentum, quod habet intra illam? aut quis vti vnquam potest instrumento, quod sic semper quærit, atque si illud non haberet, aut quis eo cibo, quem vehementer appetit, sustentari potest, si nunquam eo vescatur? Talis est vita iusti, Deum semper quærentis, sed nunquam eius præsentia fruētis. Ex quo prouenit, vt eius opera sint minus perfectæ: Hæc sunt D. Thome non minus mysticæ Theologiæ, quam Scholasticæ periti. Quamobrem nos docet, non expendere, totam vitam expendere in quærendo Deo, tanquam absente; nunquam vero eo fruendo, tanquam re præsentē: parum siquidem vtilis mihi est thesaurus, in agro absconditus, aut clausus in cista, nisi nouerim illum ibi esse, aut si semper eum quæram, nec tamen inueniam; & cum possim eo frui, non tamen id facere satagam. Et siquidem infinitus diuinitatis thesaurus, re ipsa verè que est intra animam meam, & i *Spiritus qui ex Deo est* (vt ait 1. Cor. 2. 12 Apostolus) vult vt *sciamus, quæ à Deo donatæ sunt nobis*; æquum est, hunc thesaurum cognoscere; eo que frui, colligendo admirandos fructus, qui ex diuinæ huius præsentæ cognitione proueniunt; quales sunt, amor vnitæionis cū rā bono amico; contemptus rerū omniū creatarum, cum possessione ipsiusmet creatoris; desideria summæ puritatis, firmæque proposita crescendi in omni virtute, vt domus, in qua Deus habitat, munda sit, & exornata.

UX SPIRITUS
DE PONTE

Solilo. c. 31 1/2

k Cant. 3. 2

Denique tutius est, Deum intra nos ipsos quæ-
rere, quam in alijs creaturis aspicere. Sapientia
enim iucunda creaturarum externa specie
ita nos detinet, rapitque, & in se continet,
non sinat nos intrare ad Creatorem, qui est in-
tra illas. Ac fortè hæc inter alias est causa, cur
sanctus Augustinus conquereretur, quod
Deum extra se quæsuisset, cum prius debuisset
quærare intra se, erravi, inquit, sicut ovis
quæ perierat, quærens te exterius, qui es interius.
Et multum laboravi, quærens te exterius,
& tu habitas in me, si tamen ego desiderarem te,
k *circum vicos & plateas civitatis*, huius mundi,
quærens te, & non intus, quia malè quærebam foris,
quod erat in me. Sed te amaui, pulchritudo tam antiqua,
tam noua, sero te amaui, & tu intus eras, ego foris;
& ibi te quærebam, & in ista forma quæ fecisti,
ego deformis irruebam. Mecum eras, & tecum non eram.
Ea me detinebant longè à te, quæ esse non poterant,
si in te. Clarifica Domine oculos animæ meæ,
vt intra me te videam, diligam, atque possideam;
me quæ ipsum, tibi qui semper
per mecum es, omninò coniungam, Amen.

§. 4. Ratio Deum habendi praesentem per internas imagines in facultate imaginandi.

QVI modi haecenus sunt indicati, Deum ut praesentem cernendi, sunt merè spirituales, respiciuntque ipsum secundum eius diuinitatem. Est autem quartus modus & ratio, eundem aspiciendi praesentem, in aliqua imagine, qui est magis accommodatus sanctissimae ipsius humanitati, & nostrae naturae siue conditioni, quae valde mouetur his imaginibus, & figuris rerum absentium, ut illarum recordemur. Quamobrem, qui se mutuò diligunt, consuenerunt, cum inuicem absunt, duplici pictura uti, ut inuicem meminerint; altera est exterior, qua pictoris cuiuspiam. insignis manu, ad viuum vterque exprimitur; & hanc in suo còclau. reponunt, aut secum ad pectus pendentem gestant. Altera est interior, a propria imaginatione depicta, quae vtpote huius artis peritissima, valde propriam exprimit rei figuram, quam vidit & cognouit; haeretque & oblectatur, eandem in ea imagine contemplando. Hac itaque ratione licet Christum Dominum nostrum in sua imagine praesentem habere, ascendendo ab ea, ad aspiciendam personam, quam illa refert. Et in hunc finem, est valde laudandus sacrarium imaginum usus, quae sunt in templis, & oratorijs, & quas nobiscum ipsis gestamus, ut reuocent nobis in

 UX SPIRITUS
 DE PONTE

Lib. 32. c. 2.

memoriam Seruatoris nostri præsentiam. Scimus enim Epicurei, & antiqui alij gestabant (testis Plinio) sculptam in annulis imaginem sui Magistri, vt recentem eius memoriam conseruarent; multò æquius est gestare nobiscum celestis magistri nostri imaginem, vt eius memoriam in nobis excitet, spiritumque cum eo resumamus.

I.

b Cant. 4. 6

SED quoniam exterior imago, non potest semper esse præsens, licet ad eius imitationem, aliam effingere interiorē in ipsa nostra imaginatione, quæ semper nos comitetur, & strumque cor emolliat, ad amandum & imitandum eum, qui nostri amore tanta fecit, propterea fortè in libro Canticorum dicitur *Pone me vt signaculum, super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*, cupiens videlicet vt ad viuum depictam ipsum, & expressam gestemus in anima & corpore, ad eum modo quo cera sigilli imaginem expressam recipit, quod quidem aliquo modo tunc præstat, cum intra nos ipsos imagines aliquas formamus eius figuræ, quam ipse pro nobis affinitate præstitit. Exempli causa; qualis ipse in præsepategebatur, aut in matris vlnis gestabatur, & quærat in horto Gethsemani, aut in monte Caluuario; item qualis erat in monte Thabor, nunc est ad dexteram Patris, nos ipsos oblectando, dum ipsum hisce diuersis figuris oblectuemur, & amanter ei dicimus: *ò dilecte pone te ipsum, vt signaculum super animam meam, imprimens illi viuam Humanitatem*

quam pro me suscepisti, imaginem; ut col-
meum te ita diligat, sicut tu me diligis; bra-
chiumque meum ea semper tui amore opere-
tur, quæ tu pro me operaris, & præstas.

MODVS hic præsentia, vtilissimus est ad
meditationem, fabricando scilicet similes fi-
guras & imagines rei meditandæ. *Primum*,
quia sic intellectus ratiocinationes suas magis
exacuit; eò quod ille in hac vita, multum ab i-
maginatione dependeat, fereque semper eam
sequatur. Quamobrem ipsemet Deus solet se
animabus communicare, imprimendo illis
huiusmodi formas & figuras; sicut amicus
quidam Iob, de se ipso fatetur; Et propheta
experti sunt. *Deinde*, Quoniam idem modus
affectus ipsius voluntatis irritat permouetque
excitando in parte sentiente alios similes, vt
plurimum teneriores. Quod si pia crucifixi i-
mago in conspectu nostro posita, emollit nos,
& permouet ad deuotionem: multò melius
& efficacius idem præstabit viua eiusdẽ Cru-
cifixi representatio, quam in corde habemus.
Demque propterea, quod eadem præsentia
plurimum iuuat, ad internam animi colle-
ctionem. Nam imaginatio, ex se ipsa tan-
quam stulta & inconstans stultas etiam & in-
constantes efficit intellectus ratiocinationes,
ab his ad illas sine ordine & modo transi-
tendo.

QUAMOBREM necesse est, suauiter illam
alligare, ad locum siue mysteriũ illud, in quo

UX SPIRITUS
DE PONTE

fit intellectus exercendus; & aliquid eidem offerre, quo illa alatur & contineatur: Sicut inquietum aliquem canem, per totam domum supra & infra discurrentem, & suis larrationibus perturbantem, in aliquem locum alligamus, & os aliquod eidem proijcimus, ut illo occupatus, quiescat ac taceat.

TRIA tamen pericula, quæ in hoc præsentia modo occurrere possunt, diligenter sunt aduertenda.

PRIMUM periculum est, lædendi caput dum in his imaginibus, aut earum pluribus simul, aut cum multis particularibus circumstantijs efformandis, aut in iam efformatis contra variarum aliarum imaginum agmine quibus illæ offuscantur, nimia vis adhibetur. In his omnibus mediocritas est discretè seruanda, ut nimirum progrediamur, instar periti alicuius pictoris, qui vultum aliquem inde respiciens sensim illum delineat ac pergit. Quod si quis magnam sentiret difficultatem in huiusmodi figuris seu imaginibus efformandis; præstaret sine illis orare, quam oportet lædere, ac proinde omninò ab oratione desistere.

SECUNDUM periculum est, illufionibus in quod facile incident, qui vehementis sunt imaginationis; hi enim proprias imaginationes credunt esse visiones, & res, quas ea veritate imaginantur, existimant esse ipsas viuas personas, quas ipsæ imaginationes repræsentant. Et quoniam potest demon humores con-

corporis, & imaginationis species mouere, si Deus id illi permittat, faciliè vehementer imaginatè decipiet, & efficiet, vt, quod somniat, aut imaginatur, credat se cernere.

TERTIVM periculū est, aded se addicendi huic modo præsentia Dei per huiusmodi figuras, vt reddatur inhabilis ad alium meliorem, & magis spiritualem modum: sicut euenit Serapioni Eremitæ, de quo refert Cassianus, aded ipsum assueuisse, Deo in imaginari in corporali figura, vt corpus eum esse existimaret & cū ea de re moneretur & instrueretur, non posset de Deo cogitare absq; illa figura; ideoq; flens diceret: Heu mihi, quia abstulerunt mihi Deū meum, nec habeo quem adorem, nec scio quem innocem. Et quamuis contemplatio per hæc figuræ habeat vim & efficacitatem, quam diximus; multò tamen excellentior est illa (vt ait S. Thomas) quæ est mere spiritualis: Nam figuræ nunquam sunt pares, aut coæquantur rei figuratæ, estq; multò perfectiùs cognoscere rem in seipsa, quàm in eius imagine corporali. Quamobrem ita modum hunc præsentia Dei vsurpare oportet, vt perfectiores alij (si quando ad eos extollere nos Deus volet) non impediatur, vt fufius postea dicetur.

3.

Colla. 10. c. 2

2. 2. q. 181. a. 2

UX SPIRITUALIS
DE PONTE

CAPVT VIII.

DE INTERNA ADORATIONE
 & reuerentia, in conspectu Dei, &
 quod illa comitari debeat omnes actus
 orationis: Et de quodam orandi
 modo, exercendo proprios
 eius actus.

I.



PRIMUM actus, quem in
 ipso ingressu ad orandum
 in praesentia Dei, exercere
 debes; est reuerentia
 & adorationis internae &
 externae, debitae infinitae
 Maiestati, in cuius con-
 spectu es constitutus. Nam si statim atque vnus
 aliquis ad conspectum Regū, aliorumve Prin-
 cipum terrae ingreditur, reuerentiam exhibet,
 quam exigit status eius ad quem ingreditur,
 quanto erit magis rationi consentaneum, Deo
 ipsi, cum primum ad eius praesentiam accedis,
 reuerentiam exhibere? statim atque filius
 Dei factus est homo, illumque Pater aeternus
 Angelis ostendit, iussi, a ut adroarent eum
 omnes Angeli Dei. Eo quod hoc primum sit
 obsequium, quod creaturae suo debent Crea-
 tori, in quacunque eum forma videant.

a Heb. 1. 6.

Quare

Quare cum primum oculos fidei in hunc Deum
hominem factum conijcis, siue id fiat in ipsius
imaginem, siue in sanctissimum Sacramentum
siue in cœlum Empyreum, debes illum ado-
rare, mille nominibus, quibus ad id facien-
dam obligaris; & saltem ne illud Propheta
obijciat tibi: *b si Pater ego sum, ubi est honor
meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor
meus & reuerentia?* & præterquam quod hæc
reuerentia Deo sit maximè debita, est præter-
ea magni momenti ad hoc, ut in præsentia Dei
bene excipiaris, & oratio tua feliciter expe-
diatur. Propterea enim dixit Ecclesiasticus: *c*
Qui adorat Deum, in oblectatione, suscipietur;
*& deprecatio illius usque ad nubes propinqua-
bit.* Et loquens Apostolus de feruentibus Chri-
sti D.N. orationibus, ait; *d exauditas eas esse*
ab æterno Patre, *pro sua reuerentia* non solum
ob eam reuerentiam, quam diuina eius perso-
na merebatur, sed (ut S. Thomas ibi aduertit)
propter eam, quam is Patri suo, dum oraret,
exhibebat. Et sancti in cœlo, cum nostras o-
rationes Deo offerunt, summa id reuerentia
faciunt; *e ceciderunt enim* (ait S. Ioannes) *ca-*
ram agno, habentes singuli citharas laudum,
& phylas aureas plenas odoramentorum, que
sunt orationes sanctorum. Si ergo ipse agnus
Dei, cum oraret exaudiebatur, propter huius-
modi reuerentiam; & qui tuas orationes Deo
offerunt, simili reuerentia id faciunt: par est,
cum tu eas offers, magnam reuerentiam exhi-
bere; coniungendo illam agni, & sanctorum

eius

b Malach. 1.

2.

o Eccl. 35. 20

d Heb. 5. 7.

3. p q 7. a. 6

e Apoc. 5. 8

LUX SPIRITUS
DE PONTE

Serm. 4. de
modis orandi
in fine.

f Eccl. 32. 5

g Esther. 4. 11

h Esther 15. 9

eius reuerentia, quo tua sit pretiosior, & per illam inuenias magis gratum ingressum ad conspectum Dei, alioquin nec sancti illam Deo offerre volent, nec Deus ipse illam accipere. Et propterea (teste S. Bernardo) multi in oratione ariditatem Spiritus, ac distractionem sentiunt, quod ex sola consuetudine, & absque vlla reuerentia accedant. Ascende, inquit, cum oras, ad aulam cœlestem; & intueere, quanta reuerentia Deus, in ea, à beatis spiritibus adoretur, ex quo intelliges, quanta reuerentia, tremoreque adesse debeat vilissima ramula, ex sua prodiens palude, & miserulus homuncio, qui tantum Deum alloqui aggreditur, præsentibus Angelis & Sanctis. Quod si hac ratione te dimiseris, procul dubio, etiam si sis vilis vermiculus, non tamen repellentis. *Oratio enim se humiliantis (vt ait Ecclesiasticus) penetrat nubes, & donec ad Dei thronum appropinquet, non consolabitur; & non discedet, donec Altissimus eam aspiciat, & feliciter expediat.* Etiam si *Assuerus Rex*, superbus aded esset, ac crudelis, vt mortis poenam in eum statueret, qui ad ipsius conspectum non vocatus accederet, nisi forte *Rex auream virgam ad eum tenderet, pro signo clementia.* Quia-
do h *Esther Regina* non vocata ingressa est, vt populo suo libertatem impetraret, simul atque illa corruit, & in pallorem colore mutata, lapsam super ancillam reclinavit caput, quia conturbatum erat cor eius, præ timore glorie Regis, statim ille placatus est, & festinus exsilium de se

de solo, ad eam accedens his verbis illis blandie-
batur: *Quid habes Esther? ego sum frater tuus
noli metuere, tulitq; auream virgam & posuit
super collum eius, concessitque ei quicquid pe-
tebat. Quid ergo facturum existimamus su-
preum Deum nostrum, erga eam animam
quæ ad ipsius conspectum ingressa, sese humi-
liat & præ reuerentia infinitæ eius maiesta-
tis tora obstupescit? Regina illa, dum animi
sui defectionis rationem Regi redderet; Vidi,
inquit, te Domine quasi Angelum Dei, & con-
turbatum est cor meum, præ timore gloria tua;
valde enim mirabilis es Domine, & facies tua
plena est gratiarum.* Quid igitur dices tu. Si, in-
gressa orationem, aspicias vt oportet, pul-
cherrimam ipsius Dei faciem, cuius compara-
tione, Angelorum facies est deformis; cuius
splendor adeo est admirabilis, vt ipsas pote-
states tremere faciat, & Seraphinos obstupe-
scere? Quod si ita sentias, & in eius præsentia
timore & tremore tantæ Maiestatis obstupe-
scas, exsiliet ipse ex throno suo, vt te excipiat,
tibiq; blandiatur: extendetque super te sce-
ptum suæ clementiæ, & admittet ad iucun-
dam secum conuersationem; & concedet,
quicquid petiueris: Quia non constituit ipse
mortis pœnam in eum, qui ingreditur ad lo-
quendum cum ipso: imò si qua pœna constitu-
ta est, ijs illa infertur, qui nolint ad ipsum in-
trare; vt aliquid petant: delectatur enim, si i-
psum oremus, & cum ipso colloquamur.
Quantò ergò magis id volet, cum nemo a-

ipsum

IUX SPIRITUS
DE PONTE

ipsum ingrediatur, nisi vocatus, qui omne
præuenit vocatque: & quando tu accedis, ille
te ducit, quando tu ingrederis, ille tibi por-
tam aperit. Quod si accedas cum reuerentia,
liberum tibi dabit ingressum, gratamque præ-
bebit audientiam, scriptum est enim: *pro re-
uerentia accedet tibi bona gratia.* O Pater
minum, concede mihi lumen, quo tuam videli-
magnitudinem, meamque vilitatem: quo re-
uerentia profunda demittam me in tua præ-
sencia, loquar que sicut oportet, cum tanta Ma-
iestate.

i Eccl. 2. 9

S. 1. *In quo hac reuerentia & adoratio
consistat.*

HAEC reuerentia & adoratio, quæ Deo
D.N. debetur, duplex est: Altera inter-
rior, exterior altera. Quia enim Deus
& spiritus & corporis creator est, debet verius-
que operibus honorari. Præcipue tamen interna
adoratione & reuerentia, qua ab Angelis &
beatis animabus, qui puri sunt spiritus, adora-
tur: sicut ipse Christus docuit Samaritanam, di-
cens: *k veri adoratores adorabunt Patrem in spi-
ritu & veritate, spiritus est Deus, & eos, qui ad-
orant eum, in spiritu & veritate oportet adora-
re. Nã & Pater tales querit, qui adorēt eum.*
Atque si illi dixisset: homines, ut sunt corporales
& non nisi externa nouerunt, honoratur, & re-
uerentia illis externis signis exhibetur, licet
voluntate eos honorandi profecta: At Deus, qui

k Ioan. 4. 23

qui purus est spiritus, & omnia interna cognoscit, non solum rebus, & signis externis & corporalibus honoratur, sed potissimum actibus internis & spiritualibus, eodem directis, ut hoc est tributum persolvatur, sine quibus externa reverentia non potest illi placere; esset. n. instar corporis sine anima & caeremonia pharisaica, & adoratio tantum in specie, de qua conqueritur ipse, dicens: *Populus iste ore suo & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est a me.* Non me adorat spiritu & veritate; sed corpore tantum ac ficto, & sub umbra quadam orationis, in qua nulla est vita.

ADORATIO haec, & interna reverentia nihil aliud est, quam subiectio quaedam & humilitatio spiritus nostri, exhibita Deo, ob excellentiam, quam in se habet, quam subijcimus cor nostrum, & facultates omnes divinae ipsius ordinationi in testimonium infinitae ipsius magnitudinis & Majestatis. Qui actus etsi proprie fit voluntatis, oritur tamen ab intellectu, & praecipue a consideratione divinae ipsius excellentiae, nostraeque propriae abiectiois. Quod autem duarum harum rerum consideratio profundior est, eodem maior oritur reverentia. Quae (ut S. Tho. ait) est actus virtutis, quam vocamus Religionem; ad quam spectat, reddere Deo cultum & honorem, ratione infinitae excellentiae ei debitum. Est quoque actus primi doni Spiritus Sancti quod timorem appellamus; & tunc (ut idem Angel. Doctor) perfectior ea est, propterea quod donum timoris sit perfectius, virtute religionis; & ei operum provenit ab inspiratione Spiritus Sancti quod nos promouet ad Deum

Isa. 24. 13
Matth. 19. 8

S. Bonavent.
opusculum parvum
bonum part.
c. 2.

I.
2. 2. q. 81. a. 2
& q. 84. a. 2

.2

UX SPIRITUS
DE PONTE

Deum in Spiritu & veritate adorandum, verum
 scilicet cognitione; totiusque nostri cordis ob-
 fectu. Verum sicut est quidam timor seruilis
 & quidam timor filialis: ita est seruilis reuer-
 entia, propria seruorum, qui suos Dominos
 timent & reuerentur, ne ab eis castigentur
 aut quia ad id faciendum coguntur. Et hoc
 modo non solum peccatores Deum reueren-
 tur, ne ad inferos proijciantur; sed ipsi
 in *Dæmones* timent & *contremisunt* coram
 eo. Filialis autem reuerentia, est propria fi-
 liorum, qui suos parentes reuerentur & co-
 lunt: non, ne ab eis castigentur; sed, ne ab ipsis
 separentur: &, vt semper cum ipsis & in eor-
 um gratia permaneant. Et hoc modo sancti
 in cælo summè Deum reuerentur; & potesta-
 tes timent, ac tremunt coram eo (timorem
 appellamus profundissimam reuerentiam, qui
 ex eo nascitur; cuius effectus esse solet tremor
 & stupor quidam, ob admirationem diuinæ
 Magnitudinis, iuxta illud quod refert sanctus
 Lucas post excitatum filium viduæ Naim: *et
 accepit, inquit omnes timor, & magnificabant
 Deum*). Et vt Isaias ait, ipsemet Christus, qui
 homo, *o repletus est timore Domini*: Nam (vt
 sanctus Thomas declarat) quoniam ipse cog-
 noscit infinitam excellentiam Dei, nihil aliud
 que creaturæ; anima eius sanctissima, ab Spiritu
 sancto mota, illam summam subiectione re-
 ueretur, est que velut contracta in eius presen-
 tia, nihil sibi audens vsurpare eius, quod pro-
 prium est diuinitatis. Ex quo etiam prouenit
 vt hoc

m lac. 2. 19

a Luc. 7. 16

o Isa. 11. 3

3. p. 9. 7. a. 6

3.

vt hæc reuerentia sit actus virtutis humilitatis, quatenus humilis, suam agnoscens paritatem subijcit se maioribus, multoque magis Deo, in cuius comparatione omnes sunt, quasi non essent. Denique S. Augustinus ait: nos adorare ac reuereri Deum tribus Theologicis virtutibus; Fide, Spe & Charitate, tum quod illa nos inducant ad Reuerentiam & Adorationem, cum omni sua perfectione exhibendam: tum etiam, quod harum virtutum actibus vere honoremus, valdeque reuereamur supremam Dei veritatem ac bonitatem. Ad idem iuuant etiam externæ nostræ potentiæ; lingua enim reuerentiam Deo exhibet; quando illum laudat & magnificat; & quando magna manifestat existimationem, quam de eius excellentia habet. Caput etiam reuerentiam eidem exhibet, quando in eius præsentia inclinatur; Manus, quando pectus feriunt; Genua quando flectuntur: & omnia denique membra ad id aliquo modo iuuant, vt mox videbimus.

4:

IVXTA hæc itaque, cum orationem auspicias, conuocare debes omnes hæc virtutes, omnesque tuas potentias, quo te adiuuent, ad hanc Deo reuerentiam exhibendam, dicens illud Psalmi: *Venite adoremus, & procidamus ante Deum* sicque prostrati ante eum, persistamus, quamdiu oratio durauerit; nec prius surgamus, quam obtineamus quod petimus. Et quoniam ad Spiritum S. pertinet dono ipsò timoris per suam inspirationem uti,

5:

p Psal. 94. 6.

IX SPIRITUS
DE PONTE

illum etiam invocabis, ut tibi adsit, dicens: diuine spiritus, o spiritus veritatis, qui a Patre Filioque procedis, qui principium es orationis, quæ fit in Spiritu & Veritate; iuuua me tua sancta inspiratione, ut te cum Patre & Filio simul adorem, eo Spiritu & veritate qua vis adorari.

S. 2. Praxis Adorationis internæ.

HOC iacto fundamento, subiiciam Praxin & exercitium huius Reuerentiæ & adorationis, exercendo sunt teneram quandam, piamque orationis rationem, quæ eidem adorationi inseri potest.

1.

PRIMUM, Actus est reuerentiæ, antequam cum Deo loqui incipias, indignum te agnoscere, qui cum illo loquaris; petereque demum se ad loquendum facultatem ad eum modum quo a Mater filiorum Zebedæi exhibuit se orationem Christo Domino nostro, adorans accedens & insinuans, aliquid se ab eo petere velle, prius ad petendum facultatem haberet: quod insinuat ipsius Christi interrogatio, dicens: *Quid vis?* & maiori adhuc animi demissionem Abraham Patriarcha, etiam prouocatus a Deo, ut cum ipso loqueretur, ei dixit: *blasphequar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis:* Agnoscens videlicet suum nihilum, in conspectu tanti Domini, & quoties pro Sodomitis suam intercessionem repetebat, hæc præmittebat reuerentiam: *Ne, queso,*

^a Mat. 20. 20.

^b Gen. 18. 27.

cens, indigneris Domine si loquar: & iterum: obsecro, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel: Quasi diceret; Audacia nimia est, quod ego vilis vermiculus tecum loquar, ne tamen propterea indigneris. Nam quantum infinita tua excellentia me repellit, eo mea necessitas magis cogit, amor & charitas impellit, & infinita tua humanitas ad id me inuitat.

Et iam ipsa Meditatione inchoata, non debet hæc reuerentia cessare. Nam, ut supra dictum est, Meditatio non debet esse mera Intellectus nostri ratiocinatio, sed ad colloquendum cum Deo dirigi; altissimè de eius perfectionibus sentiendo, ex quibus ad maiorem eius reuerentiam, varijs modis permouearis: Nunc eas recensendo; & singulas, quantum poteris, magnificando: ex quo copiosam licebit materiam accipere ad hunc orandi modum: colloquendi scilicet cum Domino nostro, ei; dicendi: O Deus excellentissime, adoro te, propter infinitam tuam sapientiam; reuereor te, ob incomprehensibilem tuam bonitatem: ego coram suprema tua omnipotentia me humilio; & propter immentam charitatem te glorifico: O si possem solus tota illa adoratione te adorare, quam Angeli tibi exhibent in caelo; ut aliqua ex parte meum explerem desiderium? Nunc modo quodam admirationis, & stuporis, altissimo silentio adorabis Deum: agnoscens, quod quicquid de illo dicere possis, & (ut ait

IX SPIRITUS
DE PONTE

e Eccl. 41. 32. Ecclesiasticus) c quantum unque glorificaueris, superualebit adhuc: quia admirabilis magnificentia eius: & benedicens exaltansque illum quantum poteris, maior adferet omni laude. Alias uti poteris nominibus splendidissimis, sicut sapè utitur sanctus Dionysius ad venerandum, modo quo poteris tantam illius excellentiam, dicelque: ô Deus superexcellensissime, & miles miles misericordissime: qui ego potero te honorare, tantam excellentiarum magnitudinem, quam in te habes? Quis ego miser homuncio, ut in putido meo ore gloriosissima tua nomina sumam? & quem honorem exhibere non potero ego, qui sum vermis vilissimus? Et quoque reuerentiæ actus, in ipsa Meditatione nolle scrutari excellentias, & magnaalia diuinae Maiestatis, & Iudiciorum eius occultas res, quas fecit, & facit; sed venerari, quod intelligere non potes: sic enim in his eius excelsa magnitudine honorabis.

3. EADEM Reuerentia, & adhuc maior exhibenda est in affectibus, & petitionibus, & colloquiis, quæ cum ipso Deo in oratione immus: tam quoad nomina, quæ usurpamus, dum cum Deo loquimur; quam quoad res ipsas, quas petimus, & modum eas petendi: studeret, ut in omnibus resplendeat summa eius reuerentia, ut enim ait Gerson: nomina, quibus Deum licet compellere, & affectus illi correspondentes, triplicis sunt generis: Quædam enim nomina magis prouocant nos ad te

morem

morem, & reuerentiam, quam ad amorem, & fiduciam, qualia sunt, cum eum appellamus *d Regem Regum, Dominum Dominantium, e d Apoc. 19. 16*
supremum viuorum & mortuorum Iudicem, f e Act. 10. 42.
f Psalm. 93. 1
g Exod. 20. 5.
 Drum vltionum, Creatorem omnipotentem, g Fortem, zelotem. Alia æquè ad vnum inclinant, atque ad alterum: qualia sunt, cum eum vocamus Redemptorem mundi, Magistrum, Medicum, Pastorem, Gubernatorem, & Protectorem, ac Defensorem nostrum. Et his nominibus licet omnibus vti in oratione. Sed sunt alia, quæ multo plus exprimunt amoris & fiduciæ: minus verò timoris & reuerentiæ: quale esset, illum appellare Sponsum, Amicum, Dilectum, Amorem meum, Beatitatem meam, & alia similia, quibus vt plurimum non debent vti, nisi qui multum profecerunt; idque speciali diuini spiritus motione, qui illa suggerit, & veluti in ore ponit. Nam vt berè aduertit sanctus Bernardus) non cuius animæ conceditur, vt dicat, *h Cant. 1. 1*
cap. 4. 16.
i Phil. 1. 21.
k Mich. 6. 8
hosiuletur me osculo oris sui, nec: Dilectus meus mihi, & ego illi: nisi talis illa sit, quæ rem nullam aliam diligit, nisi ipsum Deum; & i cui vivere Christus sit, & solatium semper illum habere præsentem; seque k sollicitum ambulare cum Deo suo. quærendo in omnibus diuinam ipsius voluntatem; & quæ diu se in his exercuerit, & versata sit: & adhuc meritò coniunget nomina reuerentiæ, cum nominibus amoris: ne debitum respectum deponat, præcipuè publicè, & coram alijs; sicut sponsa loquens cum suis sodalibus eum appellauit

JX SPIRITUS
DE PONTE

1 Cant. 1. 4

Regem dicens: *1* *Introduxit me Rex in cella-
ria sua.* Et eam ob causam, aptissimum no-
men, pro omni genere hominum, ad inuoca-
dum Deum in oratione, est nomen Patris
quod reuerentiam & fiduciam complectitur
quo nomine iussit Christus Dominus nos
nos uti in quotidiana oratione; & eodem uti
batur ipse, quotiescunque orabat. Et ipse
peccatoribus etiam conceditur, eo uti; ita
men, ut suam indignitatem agnoscant; sicut

in Luc. 15. 19

prodigus ille, qui orauit, dicens: *in* *Pater
non sum dignus vocari filius tuus: cuius oratio
Patri vehementer placuit, ob demissam reue-
rentiam, quam ostendebat.*

3.

Q V A M reuerentiam etiam declarauit
ipsa petitione, qua non est ausus petere, ad-
mitti se, ad priorem filij dignitatem; sed
fac me, inquit, sicut vnum ex mercenarijs tuis.
Quo tamen ille, profunda illa reuerentia
se magis humiliavit; eod pater eius magis
eum honorauit, singularibus blanditijs
illum amplectens; & ad illam dignitatem ad-
mittens, quam is non est ausus petere. Et plura
à Deo Domino nostro impetrabis via reue-
rentiæ, & humilitatis, quamuis parcius pro-
pterea iudiceris, quam si nimium progre-
diaris per viam confidentiæ. Eueniet enim
tibi, quod Sponsæ, cum à suo dilecto peti-
uit: *n indica mihi vbi pascas, vbi cubes in me-
ridie,* cui respondit Sponsus, ut in memo-
riam reuocaret, quæ ipsa esset: *si enim ig-
noras, inquit, egrede, & abi, neque enim me*

in Cant. 1. 7

cum poteris permanere, nisi teipsam agno-
ueris.

NE QVE solum demissam hanc reueren-
tiam ostendere debes in petitione rerum, quæ
tuo statui sunt proportionatæ; sed multò et-
iam magis in ipso modo eas petendi, alioqui
respondebitur tibi, quod filijs Zebedæi, pe-
tentibus à Christo D. N. vt sederent ad dexte-
ram & sinistram in regno eius; modo tamen
minus ciuili & reuerenti, dixerunt enim: o
Magister, volumus; &: da nobis, vt vnus ad de-
xeram tuam, & alius ad sinistram tuam, se-
deamus in gloria tua. Sed receperunt respon-
sum, quod merebantur: Nescitis, quid peti-
tis. siue rem ipsam spectetis, siue modum, quo
illam petitis. Multò verò aliter orauit su-
premus ipse magister noster, in horto Gethse-
mani, ostendens in verbis paucis, demissis, ac
resignatis, quæ protulit, reuerentiam, quam
erga suum Patrem habebat. nò enim dixit: vo-
lo; sed potius: non, quod ego volo; sed quod tu
vis. Certissimum enim, insignis nostræ erga
Deum reuerentiæ indicium est, si totam no-
strâ voluntatem ipsius voluntati subijciamus;
nec velimus, quicquid, nisi quod ipse velit. Spe-
ctat quoque ad reuerentiam, paucissimis ver-
bis agere, quasi non audeas loqui, in præsentia
tantæ Dei Majestatis, & a reuerentia interclu-
sus, tacens aperis illi cor tuum, vt illud ipse vi-
deat: hoc siquidè sufficit. O Pater amantissime
quid in tuo còspectu loquar? quocùq; n. modo te
còpellè, admirâdas inuenio causas reuerentiæ?

5.

o Marc. 10. 37

JX SPIRITUS
DE PONTE

quo enim te magis affabilem præbes, eò magis
 infinitas tuas excellentias manifestas. ò iustissime:
 ego veneror tuam severitatem: tuamque diligo
 iustitiam: ò fortis Zelotes, meo tuum zelum;
 diligo verò amorem, quod ille procedit, ò amice
 fidelissime, ego diligo tuam charitatem: & veneror,
 quam in ea ostendis magnitudinem. Doce me vocare te,
 ut desideras: ut in omnibus tibi placeam, sicut
 ego desidero. O supreme Pater, ex cuius misericordiam
 p venit felix hora toti mundo
 est; in qua nobis dedisti supremam veritatem
 hoc est, Filium tuum, in forma hominis, et
 que diuinum spiritum, in figura linguarum
 gnis. Iam hora aduenit pro me, in qua reddere
 tibi debeam tributum adorationis & laudis
 quod mille nominibus tibi debeo; mitte veritatem
 tuam è cælo, quæ me doceat; & Spiritum,
 qui me moueat; ut eo modo te adore
 quo tu vis; & omnes meæ potentia in linguas
 igneas conuertantur: quò te, ob col-
 lata in me beneficia, lau-
 dem. Amen.

(:)

p Ioa. 4. 23

CAPVT IX.

DE EXTERNA ADORATIONE,
& Reuerentia, & Situ corporis,
eiusque praxi in oratione.

QUAMVIS DEVS D. N. præcipuè sit in spiritu & veritate adorandus, vult tamen etiam hunc spiritum & veritatem externis indicijs manifestari, quibus integer redditur,

ac perfectus actus religionis, quem vocamus adorationem qua offerimus Deo non solum spiritum, sed etiam corpus, in testimonium infinitæ ipsius excellentiæ. Hæc autem corporis reuerentia, multum adiuuat reuerentiam illam spiritus, & orationis feruorem. Nam (vt S. Augustinus ait) genua flectere, manus extendere, prosternerè se in terram, & aliæ huiusmodi humiliactiones, non sunt ad manifestandum Deo, quod est in ipso corde, cum totum illud pater; sed, vt ipsum cor permoueat, ad orandum cum humilitate & feruore maiori: affectus enim cordis, qui vt hæc externa fierent, præcessit, multum, eidem factis foetur, crescitque.

PRO cuius declaratione, præmittenda est, insignis quædam eiusdem Sancti doctrina, di-

K 5

centis:

IX SPIRITUS
DE PONTE

centis: Quamuis in Scriptura diuina, non peculiaris aliquis modus præscriptus, componendi corpus in oratione; siquidem de aliquibus dicitur, quod orarent in terram prostrati: alij stantes, aut genibus flexis, aut sedentes, aut iacentes: Alia tamen regula vrendum tibi est, cum te ipsum ad orandum excitas, aut tuam necessitatem; aut ex obedientia præcepti, quo teneris, aut tuæ consolationis intuitu, & vt, sic orando, Deo tribuas honorem: Alia verò, cum repente à Deo permoueris ad orandum, qua interna motione inuenis te in ipsa oratione immersum: cum nihil tale tu quaereres. Nam in vltimo hoc casu, in quocumque situ, te deprehenderit inspiratio diuina, non est, quod differas orationem; nec locum aut xiè quaeras, vbi aut genua flectas, aut ad terram procidas: Nam ipsamet Dei motio solet tunc efficere solitudinem quandam internam; & quietum oratoriū, in quo ores, obliuiscis loci, in quo es, & situs corporis, quæ tunc habes. Quod si distrahereris, quaerendo alium locum, aliamq; corporis compositionem, præteriret forte & euanesceret inspiratio illa, eiusq; fructu priuareris. Quare, si hæc Dei motio, te in lecto deprehenderit, sicut a *Ezechiam*; aut in carcere catenis & compedibus vinctum, sicut b *Manassem*: aut in foro magna turba circumdatum, sicut c *Susannam*; aut mensæ accumbentem in bona conuersatione, sicut *S. Scholasticam*: non est quod locum alium exquiras, aut aliam mutationem

a *Isaia* 38. 2.

b In oratione *Manasses*.

c *Dan.* 13. 35.

sed (quod de quatuor illis sanctis animalibus dicebamus) ibi sistas, alas tuas contrahas, sensus tuos colligas; intra teipsum contine in-
 grediaris, & d*particula* *boni domi*, quæ in do-
 mum tuam ingreditur, *non te pretereat*. Non
 tamen propterea negamus, esse bonum, ad se-
 cretorem locum te recipere; si adsit commo-
 ditas, & non periculum, oblatam amittendi
 portionem; neque enim adeo timidum te esse
 expedit, ut existimes, eam te amissurum, eo so-
 lo, quod vel paululum loco mouearis: siquidẽ
 qui visitationem cepit, quia ita voluit; prose-
 qui eam poterit, sicut volet.

Ecccl. 14. 14

S. I.

PRAETER hos casus (ait S. Augustinus)
 cum tu ipse ad orandum te incitas, eam
 corporis compositionem curare debes,
 quæ ad internam recollectionem te magis con-
 adiutur, & permotura ad maiorem deuotio-
 nem, ac reuerentiam Maiestatis diuinę: nisi aut
 ab obedientia, aut constitutione aliqua præ-
 scribatur, præstat tamen in eam compositio-
 nem inclinare, quæ sit optima; sicut iam de-
 clarabitur.

PRIMUM in ipso ingressu ad conspectum
 Dei, bonum est genua flectere, aut te rotum
 prosternere, agnoscens, te, ex te ipso, pulue-
 rem esse; & infinitam Dei Maiestatem, qui te
 ex nihilo eduxit: sicut Reges illi Magi, statim
 atque intrarunt porticum Bethlehemicam,
 Regemque recens natum viderunt *et proci-*

I.

e Mat. 2. 11.

ad ora.

IX SPIRITUS
DE PONTE

f Mat 26. 35

g Marc 14. 35

lib. 2. c. 7.

h 2. Reg. 12.

16.

i Iudith. 9. 1

Luc 7. 38.

2.

k Luc 22.

41.

l Act. 7. 59.

m Eph. 3. 14

n Dan. 6. 10.

id orauerunt eum. Et ipsemet Christus D. N. cum orauit in horto, *f* *procidit in faciem suam* *3* *super terram.* Et idem fecisse antiquos Monachos, refert Cassianus: quamuis mox se erigerent, experti eum corporis situm, ad longam orationem non ad eum esse commodum: eodem quo grauet caput, somnum prouocet, & interdum malas cogitationes: aut esca sit laxitatis, & pigritiae corporis, quod hac via defatigationem euitet. Est nihilominus eadem corporis compositio, ad breue aliquod temporis spatium, aut pro tempore afflictionis, satis commoda, quando scilicet is, qui orat, valde est afflictus, & hoc sensu procidit ad pedes Dei; quod fecit Dauid, qui h *deprecatus Dominum pro paruo* *lo filio, tacuit super terram:* Et Iudith, *i* *prostrans se Domino, clamabat ad Dominum,* pro populo suo. Et Maria Magdalena ad pedes Christi prostrata, defleuit peccata sua.

AD prolixiorum autem Orationem, & in genere, omnibus aptior est situs, cum utrumque genu flectitur: sicut ipse CHRISTVS (vt ait sanctus Lucas) *k* *flexis genibus orabat suam* scilicet prosequens orationem. Eodem modo S. I. Stephanus *pro suis persecutoribus orauit. p* *positis genibus.* Et S. Paulus *m* *in genua se prosternens* ad Patrem, orans pro salute fidelium: Et Daniel *n* *tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat:* Et tempore distractionis, aut ariditatis aut somnolentiae, aptus modus est, orare per breues sed valde frequentes genu flexiones, coniungendo singulis internam aliquam

quam

quam adorationem aut breuem petitionem, aut piū alium orationis affectum: sicut facere consuevit sanctus ille Simeon in sua columna, flectens genua sua ita, vt caput terræ coniungeret, & statim se erigeret; & iterum post breue spācium, flecteret: & hoc modo socius quidam Theodoretī computauit. 1244. genua flectiones, donec defatigatus, à numerando desistit. Et de sancto Bartholomæo scribitur, consueuisse centies in die, & centies in nocte, genua flectere, vt oraret: estque fas credere, vsum illum fuisse iaculatorijs orationibus; breuib; quidem, sed feruentibus.

ALIVS modus compositionis corporis in proluxa oratione est, stando, vt mos erat Iudæorum, quem Phariseos seruasse, ait Christus, dicens: *o Qui amat in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare.* Et publicanus (vt sanctus Augustinus aduertit) etiam *p stans orauit: quamdiu præ reuerentia se collocauerit in infima parte templi, & oculos in terram confixos non audibat ad cælum leuare.* Et Christus D. N. sæpe hoc modo orauit. & sanctus Simeon hoc modo prosequiebatur proluxas suas, & continuatas orationes. Nec vltus sedere deberet, quando orat in occulto, nisi (vt sanctus Bonauentura aduertit) quando morbus, debilitas, aut grauis defatigatio ad id faciendum cogit. Et neque tunc fieri deberet, nisi prius ad breue saltē tempus genua flectatur, aut stetur; & licentia à Deo

D. N. ad

IX SPIRITUS
DE PONTE

o Mat. 6 5

p Luc. 18, 13

q Gen. 18. 30.

r In sua ora-
tione.

r Gen. 24. 67.

1. Tim. 2. 8.
c. 20.

D. N. ad sedendum potatur, ei dicendo, sicut
Abraham: que, *quasi indignis Domine* sicut
quar sedens, Fd quod aliter manere non po-
sum, & tunc sedes sit demissa, vt vel sic aliter
exhibeatur Deo reuerentia, & reflectitur ut
dicebat Rex Manasses) *gentis cordis* siquidem
corporis, non licet. Sicut se quoq; S. Hieroni-
mus in lecto pre senectute ac debilitate
centem animabat, arripens ianiculum, quo se
ex lecto pendentem habebat, quo se paululum
erigeret, quando suarum orationum penitus
inchoabat.

Alter quoq; orandi modus, deambulare
scilicet, non debet esse vlti, nisi eisdem de ca-
sis, sicut aduertit Gerson afferens ad id senten-
tiam Philosophi dicentis: Animam sedendo
quiescendo fieri sapientem. Quamuis interea
& hic modus exercitij adiuuet, egrediens
sicut dicitur de Isaac, *ad meditari* in agri-
cultura aut in loco alio solitario. Expediit autem
omnibus adsuescere, vt exactius Apostoli contem-
platio satisfiat, *orandi videlicet in omni loco*,
videbimus infra.

§. 2.

AD hanc externam reuerentiam perti-
nent quoq; alia minutiora, que ipsam
interiorem adiuuant, que non prater-
mittuntur absq; aliqua specie irreuerentia
qua Orationem ipsam effundit: quorum sum-
mam quandam ponit S. Bonaventura, dicens
rens per omnes corporis partes. *Præcipua*

sunt, detectum habere caput, nisi manifesta necessitas tegere illud cogat. Nam (vt ait Apostolus) *vt vir orans velato capite, deturpat caput suum*; faciens videlicet quod ipsum non decet, & proprium est foeminarum, quibus turpe esset, non velato capite orare.

11. Cor. II. 4.

DEINDE, oculos tenere quietos, non tamen dormitantes: vt enim magna est irreuerentia, in oratione dormire; Ita est, visum effundere, ad aspiciendum, quod alibi geritur: & incuriam quãdam in his, multis lacrymis Iuit S. Catharina Senensis. *Item* quando vocaliter oratur, loquendum est, non festinanter, sed cum grauitate. Si enim censeretur irreuerentia festinanter cum aliquo Principe loqui, quantò maior hæc censebitur? Nec minor erit irreuerentia, nimium strepitum facere, excreando, aut tussiendo: nisi aliter fieri non possit. Quem defectum valde exaggerat S. Ambrosius, referens Sancti cuiusdam Sacerdotis miraculum, quem in oratione cum toto populo existentem, ranarum strepitus perturbabat; quæ, cum is in Dei nomine filere eas iussisset, in momento conticuerunt. *Silent, inquit, ranæ in suis lacunis, & strepunt homines in templis? Irrationale animal reueretur oratione, quã non nouit: & homo eã cognoscens, non reueretur religionem? Alter ille iuuenis adeo reueritus est Alexandrũ sacrificantem, vt exsiliente pruna ex sacrificio, immotus manserit, & brachiũ*

com

IX SPIRITUS
IE PONTE

comburi permittit, nullo edito gemitu; & non ita reuerberis Deum, vt in eius pietate impertinentes huiusmodi strepitus non primas. Hæc sanctus Ambrosius. Quibus ad S. Bonauentura: In loco publico euitandæ etiam esse strepitum labiorum, instar sibi imprudens, inquit, est oratio, quæ cum sit multas impedit; & cum sit tepida, perturbat alias meliores. Et antiqui monachi, etsi in ad orandum, in vnum locum conuenirent, tamen tamen (ait Cassianus) tanta quiete, silentioque orabant, atque si nullus ibi esset: nisi strepitus aut gemitus audiebatur, nisi foris ex spiritus feruore suspirium aliquod, aut gemitus, inaduertenter ex corde proferret.

v. 2. Par. 6. 13.

PERTINET quoque ad reuerentiam, ipsius manus quietas, & coniunctas, & v. ad eas *eleuatas* habere: sicut orauit Salomon, in forma crucis, ad eum modum, quo Christus Dominus in ea orauit; & Moyse, de quo dicitur: *x cum leuaret Moyse manus, vin. ebat rael;* approbante scilicet Deo, coereuoniam illam externam, ortam ex interno spiritu, quo illa exhibebatur, insigni adeo miraculo, qualis fuit populi victoria, cum illæ teneretur eleuata: cum tamen, *si paululum eas reuississet superaret Amalec,* quas tamen manus, quod graues essent, *Aaron & Hur ex vtraque parte sustentabant: & factum est, vt manus eius non lassarentur, vsque ad occasum solis, vsque ad perfectam victoriam de hostibus*

x Exod. 17. 11

portatam. Num hæc omnia casu facta sunt, aut aliquo mysterio vacant? Quid est, vincere populum Dei, quando Moyles orat, manibus eleuatis, nisi vt ait S. Gregorius Nazian. & S. Hieronym.) docere nos, quod feruens oratio, in virtute crucis Christi, consequatur victoriam? Et quid est lassari Moysen, tenendo manus eleuatas in altum: nisi nobis aperire, quæ graue sit corpori, spiritui in oratione seruire: qui, etsi promptus sit, viuit tamen in carne infirma, cuius debilitas sæpè in causa est, vt & ille lassetur, & remittat feruorem in oratione? Remedium itaque est, vt *Aaron* & *Hur*, manus illas sustentent. *Aaron* (teste S. Gregorio) significat montem fortitudinis: *Hur* vero ignem: & vterque representat Christum seruatorem nostrum, & Spiritum S. ab eo procedentem; qui nos iuuant, vt magna facilitate oremus. Christus quidem D. N. exemplo suo, Spiritus S. autem in inspiratione; Christus interna luce suorum veritatum, Spiritus S. igne sanctorum affectuum: & illi (vt S. Nilus) sunt spiritus & veritas, qui nos docent & permouent ad orationem & adorationem, quæ fit in Spiritu & Veritate modo prædicto. Si te lassatum in oratione deprehenderit, manusq; tuas cadere, & corpus ipsum deficere, recurre ad diuinum montem fortitudinis, Christum IESUM, & ad eius diuini spiritus ignem; dicelesque: O Patris æterni fortitudo, quæ in mundum venisti, ignem mittere, qui semper accenderet, & ascenderet in sublime; mitte in me

y Ioan: 4. 24

IX SPIRITUS
IE PONTE

hunc ignem, qui meum spiritum tanta vi
uet in celum, ut corpus ei, sine lassitudine
uiat. O Redemptor fortissime, qui in mon
tem Caluarium ascendens, ut orares man
tuas in cruce leuasti, ad quas, ne caderent,
stetandas, aliud fulcrum non habuisti, qui
duos duros clauos, corrobora manus me
gratia tua, ut erectas in oratione teneam, &
lustre tuum exemplum inspiciens, in ora
non defatiger: O diuine spiritus ignis, rap
tum cor meum, tecumque cum orat, contum
ut sensus omnis, corporisque potentia
ctentur, illud in hoc opere comitando. O
ma mea, colloca te ipsam dum oras sicut Mo
ses inter Aaron & Hur, fiduciam scilicet
in filio Dei, eiusque diuino spiritu colloca
ut oratio tua placeat æterno Patri; in cui
virtute omnes vinctes Dæmones, &

Dominus ad æternam suam glo
riam, tua implebit deside
ria. Amen.

20

50

CAPVT X.

DE MVNERIBVS ET SPI-
ritualibus sacrificijs in Dei conspectu
offerendis cum Deuotionis affectibus:
ac de modo quodam orandi, ea-
dem, ob fines varios offe-
ferendo.



VANDO ingrederis ad
conspectum Dei, ad lo-
quendum & agendum
cum eo, de negotio tuæ
salutis, studere debes
(vt initio insinuauimus)

a non apparere in conspe- ^{a Exod. 23. 16}
Deut. 16. 16.

quo eius vacuus: Sed munera aliqua, quæ
ei offeras voluntate prompta, deuota ac ge-
nerosa quæ doni offerendi exiguitatem sup-
pleat ad terre. Quæ munera tum in ipso pri-
mo ad conspectum diuinum ingressu, tum in
ipso colloquij progressu, & ad eius finem,
sunt offerenda, ob multas causas, respe-
ctusque magni momenti, vt voti tui compos-
fius.

PRIMA causa, siue titulus ea mune-
ra offerendi est, ad testificandam infinitam

I.

I. 2

excel-

IX SPIRITUS
IE PONTE

b Matt. 1. 11

excellentiam & Maiestatem i ei, in cuius co-
 spectum te constituis; & ad recognoscendum
 & protestandam subiectionem, quam ei debet
 taquam supremo tuo Domino, cuius est quod
 quid habes; Sicut tres illi Reges b Magi, in
 mo ipso ingressu, in specum Bethlehemi
procidentes ante recens natum infantem, qui
 que adorantes, statim *aperitis thesauros suos*
tulerunt ei munera, aurum, thus, & Myrram
 ea ratione agnoscetes, eum esse Regem
 num, Deum verum, & hominem mortalem
 docentes nos exemplo suo; vt, quamprimum
 in conspectum Dei viuentis ingressi fuerimus
 eiusque supremam maiestatem adorauerimus,
 thesauros animæ nostræ aperiamus; & illa
 munera pretiosissima, quæ in ea sunt, exhibere
 offeramus, *tellurum* videlicet, quod est
 tum, & pretiosissima hominis potentia, cum
 omnibus eius scientijs, virtutibus, rationibus
 tionibus, & cogitationibus: eas omnes pro
 ciendo ad ipsius Dei pedes, vt in eius diuini
 seruitio illas expendamus, captiuantes nos
 cium proprium; vt seipsum subijciat deo
 que ad credendum, quæ fides sancta reuerentia
 & exequendam, quod eius lex præcipit.
 quamuis eum videas infantem in stabulo
 quodam, pauperem & abiectum, inter animalia
 collocatum; aut eum aspicias hominem
 mortalem, cruci affixum inter duos latrones
 credis tamen eundem esse verum Deum, &
 gemque æternum, à quo tota felicitas tua
 pendeat.

ALTERVM munus offerendum, est Thus, *liberitui arbitry*, in quo sunt affectus omnes amoris, cordisque desideria: quæ in tua anima inflammantur, & instar fumi odoriferi thuris, ascendunt ad Deum: quam ipsam voluntatem projicere etiam debes ad eiusdem Dei pedes, generoso quodam firmoque animi decreto, exercendi in eius conspectu omnes tuos affectus, maximo quo licebit feruore. Et quoniam mortale & corruptibile corpus, participes quoque est huius operis, offerendum & illud est, tanquam Myrrha odorifera, statuens firmiter ac generose, illud ad eius pedes prostratum continere, valdeque mortificatum in rebus omnibus, quæ necessariae fuerint ad ita dignè in eius conspectu permanendum, ut oratio tua, *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrha & thuris, & vniuersi pulueris pigmentary*, quæ in tuo corpore & animo sunt, ascendere possit.

Cant. 3. 6.

§. I.

FERENDA quoque tecum sunt munera, quibus iustam Dei iram & indignationem placare possis, quàm ob tua peccata negligentiaque meritò timere potes; deprecando omnes tuas culpas, siquidem huius rei causa ad eius conspectum accedis. Sicut Iacob cum pro: è esset, ut Esau fratri suo occurreret, cuius iram ob causas præteritas metuebat, pretiosa donaria præmisit, ex omnibus gregis sui pecoribus, dicens intra se:

2.

IX SPIRITUS
IE PONTE

d Gen 32.20. *d placabo illum muneribus, quae praecedunt, & postea videbo illum, forsan propitiabitur mihi: sicut reuera euenit. Sic igitur ingreſſus tu ad Dei conſpectum, quem te offendiſſe certum habes, nec certus es, quod tibi indulgentiam expediat omnino munera illi offerre, ad illum placandum, & veniam obtinendam, quem ſenſum dixit Eccleſiaſticus: e Da Deo munera, & iuſtifica animam tuam: Atque ſi daret: Da Deo aliqua munera; & veniam accipies peccatorum. Quae autem munera, uel ſacrificia in oratione poteris ei offerre, quibus illum places, niſi affectus *fructus & humilitatis*, quibus plurimum delectatur, & quos nunquam deſpicit: ita Silleſius in ſua oratione: *g in animo inquit, conuenit Deo & ſpiritu humilitatis*, ad te accedimus, ſuſcipiamur, atque ſi mille agnorum pinguiſſimum holocauſtum offerremus. Holocauſtum agnorum eſt in conſpectu Dei cor conflagrans, & ſeipſum igne amoris doloriſque conſumens, & caeteroſque induens affectus, quos perfecta contritio, humilisque peccatorum confeſſio, & dolens de ſingulis, ſeipſum humilians, & propterea offerens, ad conuenientem poenitentiam ſoluendam, & nouo aliquo obſequio commendandam.*

3. SED quoniam non accedis ad orationem gratia tantum veniam peccatorum petens, ſed nona etiam beneficia impetrandi; nec quoque eſt, talia Deo munera offerre; quibus eius uoluntatem allicias, ac permoueas,

beniuolè humaniter que recipiens: concedat,
 quod petis. Nam (vt Sapiens ait) *h victoriam*
& honorem acquirat, qui dat muneribus animam
autem aufert illa accipientium: offer itaque
 Deo munera ex iisdem, quæ ab eo accepisti.
 Nihil enim habes, quod ipse non sit i tua (in-
 quit David) *sunt omnia, & quæ de manu tua*
accepimus, dedimus tibi: k præbe ergo ei cor
tuum sicut ipse petit; Et sic obtinebis in eius
 conspectu victoriam, & honorem: victoriam
 quidem, quia fies compos voti tui, vincens eum
 in lucta orationis; Honorem verò, quia ad-
 mitteris ab eo, cum magnis amoris indicijs,
 qui te beneficijs, in te conferendis, honorabit:
 si enim muneribus ei oblati, *aufers animam,*
 & spiritum eius; quid mirum, si bona quoque
 auferas, quæ ille possidet? Sed quæ dona ei of-
 feras, quæ possint cor & spiritum Dei auferre?
 si proposita solum offeras efficacia, custodien-
 di eius præcepta, parum facis: hæc enim tribu-
 ta sunt & vectigalia ex necessitate debita,
 ad quæ omnes subditi reddenda tenentur,
 luentque grauissimas pœnas, nisi redderint.
 Necessè itaque (ait sanctus Dorotheus) offer-
 re quoque liberalissima & ingenua propo-
 sita seruandi etiam eius consilia; & insignia,
 gloriosaque obsequia præstandi; ad quæ a-
 lias non tenereris; sicut nobiles & ingenui,
 principi suo, magni valoris dona & munera
 offerunt. Non itaque satis tibi sit, aurum,
 thus, & myrrhâ ei offerre, ad quod ipse te ob-
 stringit; Sed offer adhuc desiderium dandi ei,

h Prou. 22.9.

i. Par 29.14

k Prou. 23.26

L 4

quic-

IX SPIRITUS
DE PONTE

quicquid auri est in vniuerso orbe, si in te
esset potestate; & totum cordis tui amor
cum omni integritate & perfectione, quod
habere potest; & omne thus orationum, &
munem mortificationum myri ham, quæ tibi
rit possibilis; exequendo opere, quod habes
in votis; vt oratio tua fit in spiritu & veritate
& non solum in specie & apparentia.

4.

Ex quo fit, vt etiam adferre debeas munus
& offerre in gratiarum actionem, ob accepta
prius beneficia: sic enim voluntatem eius pro
pram reddes, ad ea tibi conferenda, quæ pro
tere cogitas. AEquum est enim, vt in
diens ad eius conspectum, qui dedit tibi quod
habes; idem ei offeras, cum recognitione
quod ab illo acceperis.

§. 2.

5.

EX quatuor his nominibus & modis
quibus obligamur, offerre Deo dona
sacrificia, colligere poteris modum quædam
dam orationis valde pium: qua offeres, locum
liorum donorum, beneuola & amica verborum
suauesque sententias, quæ ex corde, eius amor
inflammato procedant, iuxta Osee consilium
dicentis: *Tollite vobiscum verba, & dicite
omnem aufer à nobis inquit a te, accipe bonum
quod nobis contulisti, & reddemus vitulos
biorum nostrorum* Quæ verba, & quos labio
rum vitulos offeremus, loco vitulorum, quos
antiqui offerebant, nisi omne genus verborum
in materia omnium virtutum? *Primum verbum*

I Osee 14. 3.

in *confessionis*, peccata nostra, & miseras aperiendo; *Deinde* verba laudis, & gratitudinis: quæ (vt S Chrysoft. ibi explicat) sacrificia sūt, ac vituli magni pretij, & quæ plurimum Deo placent. Verba quoque orationis, qua eius dona humiliter petamus, tanquam ab vnico bonorū omnium auctore. nostræ enim orationes, etiā sunt vituli labiorum nostrorum, & quidē Deo gratissimi. Ac *deniq;* verba sunt offerenda generosissimarum & efficacissimarum oblationum, cum ingentibus promissis, votis, siue propositis suo tempore implendis, eo modo, quo illa obtulimus. Idē enim etiā adiecit: *reddemus vitulos labiorum nostrorum*: sicut Dauid dicebat: *n Introibo in domum tuam, in holocaustis; reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt* siue distinctē obtulerunt *labia mea*. Ex quo inferitur, sicut in antiqua lege tria sacrificiorum genera Deo offerebantur. Quædā pro peccatis; Alia, quæ vocabantur hostiæ pacificæ in gratiarum actionem: ob accepta beneficia, & alia de nouo impetranda; Alia denique vocabantur holocausta, in testimonium excellentiæ diuinæ, & amoris indicium, qui debetur eius infinitæ bonitati: quæ offerebantur igne ardenti in altari templi. Ita etiā existimare debes, accedere te ad orationem, tanquā sacerdotem spiritualem, ad offerendum Deo, in tui cordis altari, tria spiritualia sacrificia, propter easdem causas & fines: exurendo illa, igne diuini amoris ac deuotionis, quæ reliquos affectus debet comitari. Positus ergo in con-

n Psal. 65. 13.

IX SPIRITUS
DE PONTE

o Leuit. 6. 12

spectu Dei ad orandum, imaginare, tibi spiritualiter intimari antiquum illud mandatum, *o Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutrit Sacerdos studiosè, subijciens ligna mane, per singulos dies; & imposto holocausto desuper adolebit adipes piosorum.* Intellige itaq; certum esse illud altare, in quo perpetuè ardet ignis deuotionis: quem, ne extinguatur, statim mane oportet nutrire lignis Meditationum & Considerationum, ad id efficacium: & hoc igne offeres reliqua sacrificia tuorum affectuum, verborum, & operum: vt reddatur Deo gratia cui supplicabis demissè, te vt adiuuet; siquid ipso non accedente & conseruante, non sufficiet industria tua. *O mundi seruator, qui pre-nisti ignem mittere in terram, cupjès vt accendatur, accende diuinum hunc ignem in altari cordis mei; modumq; doce, quo illum conseruare & augere possim, vt placeant tibi orationes & sacrificia, quæ tibi cum illo offeram.* Amen.

p Luc. 12. 49

Superest nunc declarare, quis hic sit ignis deuotionis, quam habeat vim ad spiritualia tua sacrificia offerenda, quibus lignis in oratione sit nutriendus, de quibus, quod res prolixior sit, in proximo capite dicemus.

CAPVT XI.

*IN QVO SVBSTANTIALIS
sensibilisque Deuotio consistat, unde
oriatur. quibus medijs compare-
tur, & quo pacto suas of-
ferat oblationes in
Oratione.*



DEVOTIO (vt ait Ange-
licus Doctor) nihil est a-
liud, quam voluntas qua-
dam promptè tradendi se
ijs, quæ pertinent ad Dei
obsequium: sicut qui sei-
psum dicat, offertque ad ea-
dem valdè iucundè, expediteque præstanda,
absque repugnantia, tædio, siue tristitia ipsius
voluntatis: ad eum modum, quo Israëlita,
a obtulerunt mente promptissima atque deuotissima a Exod. 35. 21
primicias Domino: ita vt cum Dauide di-
cere liceat: b Paratum cor meum, Deus, para- b Psalm. 7. 2.
atum cor meum. Est videlicet paratum, ad am-
plectendum & executioni mandandum quic-
quid tibi placet; detestandum verò & fugien-
dum quicquid displicet; offerendumque
quicquid à me petieris; & ad quemuis labo-
rem ferendum, quem mihi miseris, aut permi-
seris.

SED

**IX SPIRITUS
DE PONTE**

SE D quia anima nostra, miseræ hinc caro est immerfa, ab ea prodeunt crudeles noueræ contra hanc deuotionem.

PRIMA est debilitas ipsius carnis, quæ valde lassatur seruiendo spiritui; & ex propria propensione appetit quietem: ob quam causam Christus Dominus noster, cum iuos Apostolos ad vigilandum & orandum hortaretur, dixit: *c Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma.*

• Matth. 26.
41.

ALTERA est vehemens sensualitatis & appetitionum sensuum inclinatio, quæ passionibus suis voluntati aduersantur; vellent quædam post se trahere: ex quo repugnantiae proueniunt, timores & tædia, quæ in inferiori animæ parte inueniuntur: quamuis in superiori parte, deuotionem habeat ac promptitudinem. Quod ipsum apertè indicant illi Apostoli quereia, cum dicit: *d Condelector enim legi Dei, se unum interiore hominem, video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Igitur ego ipse mente seruis legi Dei, carne autem legi peccati, vel reluctanti proprio spiritu.*

• Rom. 7. 22

HIS tertium accedit impedimentum, inclinatio scilicet naturalis, ipsius animæ, & voluntatis eius, quæ ipsam inclinât, ad hanc cum sua carne vnionem conseruandam, talem qualem; ac proinde ad attendendum salutis ac vitæ suæ, & reliquis quæ ad eam pertinent: sicut dixit Apostolus. • *Nemo vnquam*

• Ephes. 3. 29

carnem

carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam.

Ex his efficitur, vt substantialis deuotio solum consistat, in promptitudine voluntatis & spiritus, parti que superioris animæ; tanta vi & fortitudine, vt opus suum integre perficiat, etiam carne & sensualitate repugnant: conculcando videlicet prauas eius inclinationes, vt obediat Deo: sicut Christus Dominus noster in nocte suæ passionis, non attendens ad timores & tristitias suæ carnis, & naturalem suam voluntatem; sed per hæc omnia perumpens, obtulit se ad bibendum calicem suæ passionis, exiens illis obviam, qui ad ipsum comprehendendum venerant; & sanctum Petrum reprehendens, qui id impedire tentabat. Quare simul erat tristis, ac deuotus; timens, & magno animo; cum tædio simul & promptitudine; cum agonia & fortitudine: primum quidem in parte inferiori sentiebat; alterum in superiore spiritus parte; alterum opus erat naturæ, quod in nobis solet esse violentum; alterum erat opus liberæ voluntatis: Ideoque in eo consistit vera virtus deuotionis; quæ non potest esse sita in re nostre libertati non subiecta; nullus enim, nobis inuitis, spoliare non potest virtutibus; nec gaudio cordis, quod ex eis nascitur.

SE D quoniam hæc contrarietas, inter carnem & spiritum, valde est molesta, solet que valde impedire substantialis deuotionis operari: ipse Deus D.N. interdum, vt hæc ita in

supe-

IX SPIRITUS
DE PONTE

f Psal. 83. 3.

superiori animæ parte crescat, & exuberet, ut etiam ad inferiorem partem totumque corpus deriuetur, ita ut (sicut dixit Dauid) *f cor & caro exultent in Deum viuum*. Ignis enim accendens in corde, consumit repugnantias tædiæ carnis; redditque spiritui ita conformem, ut vinceret eosdem affectus; simulque de bono gaudeant, ac tristentur de malo; ament virtutem, & vitia detestentur; currant cum gaudio & absque lassitudine, valdeque promptè ac festinanter in rebus obsequij diuini.

Deuotio
sensibilis.

g Psal. 34. 14.

ET huiusmodi deuotionem, vocamus **SENSIBILEM**, cuius excellentia suauitasque tanta est; ut, quam diu durat, restituat nos quodammodo felicitati status innocentie; tribuet appetitui sensuum & carni, magnam promptitudinem, lætitiãque ad id omne, quod Deo placet, iuxta dictamen directionemque spiritus, cui illa se dedit, & cui coniuncta est, eodem modo, quo Regius Propheta dixit: *g Tu uerò homo, vnanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu, nobis. s. inuicem consentientes*. Quis (inquit Richar.) hic homo est? nisi exterior, qui interiori coniungitur, & vnã vterque animam habet; quæ dat illis vitam; seque inuicem, ut valde amicos, agnoscunt; ob naturalem, quam inter se habent, vniõnem; licet exterior homo interiorem ducat, quatenus suis sensibus, viam illi aperiat, ad res spirituales ac diuinas cognoscendas? Hi duo homines, quæ ex ijs, quæ cuiusque propensione sunt propria

tolent

solent inuicem aduersari; eò per Dei gratiam,
 & virtutem deuotionis perueniunt, vt simul
 valdeq; coniuncti, ambulent in domo Domini
 prompti & parati, cum exultatione magna, ad
 id omne, quod ipse præcipit. Interior enim
 homo, participem facit exteriorem, dulcium
 ciborum suorum. sicut dixit Iob, *h si comedi* h Iob 31. 17.
lucellam meam solus: neque enim interior ho-
 mo, sibi soli retinet deuotionem; sed bonam e-
 ius portionem tribuit carni, vt & illa eo cibo
 alatur, reddaturque fortis & constans, in obse-
 quio Dei sui, qui ita diuinum hoc i *unguentum* i Psal. 132. 2.
effundit in carite Aaron, vt descendat in bar-
bam. & per ipsum *vestimentum vsque ad oram*
 eius, vngendo scilicet spiritum & appetitus,
 corpus & sensus; vt omnes sint participes pre-
 ciosissimi vnguëti deuotionis ac lætitiæ, quæ
 resplendet in ipso faciei vultu, & in omnib. gres-
 sib. ac motib. corporis: & tunc experientia di-
 scitur, qd suauis David: *k delectare in Domino;* k Psal. 36. 4.
dabit tibi petitiones cordis tui. quia vehemē-
 ter illi placet, instar musicæ, ex multis cõcor-
 dib. vocib. cõcinnat. Sicut è contra, oratio si-
 ne deuotione (teste S. Lurent. Iustin.) est instar
 musicæ vocũ dissonantium. Nã cogitatio it huc,
 affectus verò illuc; nec imaginatio cõcordat cõ-
 ratione, nec appetit. cõ voluntate. qd si nostra
 culpa eueniat, oratio nostra displicet Deo: si
 aut sine culpa, nobis est insipida: vtroq; aut nõe
 cõcedẽdũ nobis esset, p virili, hãc cõcordiã ha-
 bere, qd adfert deuotione: vt pceptũ illud amo-
 ris, nobis cõmẽdat, dicens: *I Diliges Deum* i Deut. 6. 5.

Deum

IX SPIRITUS
E PONTE

s. Thom. 2.2
q. 44. a. 5.

Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & ex omnibus virtutibus tuis. Quod (vt sanctus Thomas declarat) non aliud est, quam præcidere, vt Deum diligamus voluntate nostra, appet tu sentiendo intellectu, imaginatione, & omnibus facultatibus corporis, ac sensibus, ita vt omnes concordent, & conueniant, ad eum amandum, & que seruiendum; vt magna promptitudine totus homo, interior & exterior, in hoc occupetur; siquidem totus est Dei; creatus vt se totum diuino obsequio traderet, ac inciperet.

in Psal. 65. 15

Serm. 19. in
Cant.

Ex his apparet, virtutem deuotionis consistam huic amori, ex quo illa tanquam ex fonte oritur, prospicere nobis de omnibus affectibus, propositis, donis, ac muneribus, quæ Deo in oratione offeramus; eo modo, quo diamus. Illa thesauros aperit animæ, vt aurum thus, & myrrham offerenda depromat; illa virtutem pœnitentiæ aduocat, vt corde contrito & humiliato, Deum placet: obedientiam vocat, gratitudinem & reliquas virtutes, vt heroicis suis actus, in conspectu Dei probent; & ipsam quoque religionem, vt sacrificium offerat, quæ Dauid in *Medullata* appellat, afflictione scilicet spirituali, magnoque spiritus feruore plena. Illa denique nobis suggerit omne genus verborum, ad colloquendum cum Deo: quamobrem S. Bernardus, animæ linguam eam appellat. Et ea vititur Spiritus S. vt igneis linguis nos loqui faciat. Et in eum

finet

finem suadet nobis Apostolus, vt eam comparare studeamus, cum dicit: *n implemini Spiritu*
loquentes vobismetipsis in Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino gratias agentes semper pro omnibus. O felicem illam animam, quam Spiritus diuinus, hac deuotione replet, expeditamque facit, in phrasi & idiomate suo, non terreno sed cœlesti; non humano, sed diuino; non tam verbis externis, quam internis: dum colloquitur nunc secum ipsa, nunc cum Angelis & Sanctis, nunc denique cum ipso Deo; cui ad eum arridet, vt eam incitet ad loquendum, dicens: *o Sonet vox tua in auribus meis. vox enim tua dulcis, & iucunda est.* Tua sunt, Deus meus, hæc omnia dona, & à te in nos proueniunt; tua est deuotio, quæ linguas nostras mouet; tuus ignis, qui illas ad eum reddit inflammatas; tu efficis in ratione viuendi, p vnus moris, eos, qui habitant in domo tua; coniungens carnem & spiritum, exteriorem & interiorem hominem, ea deuotione, quam illis communicas. Tua est q vnctio, qua docet de omnibus; efficitque vt hi duo r fratres habitent in vnum in domo tua, magna concordia, & iucunditate Concorda tu illos Domine in me, vt cum quiete orare possim: dona mihi quod tibi offeram. quia absque te, nihil habeo quod tibi dem: accipe cor, quod à me petis; da verò mihi dona tuæ gratiæ, quæ ego peto.
 Amen.

n Eph. 5. 18
 Collat. 3. 16.

o Cant. 2. 14

p Psal. 67. 7.

q 1. Ioa. 2. 27

r Psal. 132. 1.

IX SPIRITUS
 DE PONTE

§. I.

DECLAREMVS nunc diligentiam, quam
possimus, ac debemus in oratione ad
hibere, ad supremum hoc donum in-
petrandum; & ignem hunc ita accendendum
ut ardeat, eiusque flamma usque ad cælum
ascendat. *Præmittimus* tamen, Deum D. N. al-
terò è duobus modis gratiam deuotionis com-
municare. *Alter* est per semetipsum tantum
nulla præcedente causa, aut particulari dili-
gentia ex parte nostra: ut sic (teste S. Lauro-
tino Iustiniano) magnitudinem misericordie
sue ostendat, in excitanda tepiditate nostra
& animanda pusillanimitate, superbia ve-
nostra retundenda, manifestando nobis, quam
parum possimus in his donis acquirendis: ad-
denique ut eius omnipotentiam cognoscamus,
qua ingreditur animæ nostræ donum pro
libitu, sicut *ingressus est in cœnaculum, for-
tus clausis*, priusquam nos libero nostro con-
sensu, nostrave dispositione illas aperiamus.
Statim verò, atque nostras potentias ingred-
itur, dicit: Pax vobis; moxque illæ tranquilla-
tur, & intellectum splendoribus implet; vo-
luntatem, & appetendi facultates, feruenti-
bus affectibus; corpusque ipsum, magna forti-
tudine ac lætitia: in cordis verò altari ardet a
moris ac deuotionis ignis, nullo alio lignis il-
lum fouente: quia ipsemet Deus accendit il-
lum, ac nutrit; prospicitque de omnibus ne-
cessarijs ad sacrificium & holocaustum co-
ferens.

1^o Ios. 24. 19
& 26.

ferendum. Suggestit enim memoriæ ea, quæ offerat; voluntatem permouet, vt velit offerre: & tunc (inquit sanctus Ioannes Climachus) opportunum est tempus prolixius orandi: quia ipsemet Deus ad id inuitat, concedens orationis donum; cuius in cap. quarto mentio facta est.

ALTER modus, quo Deus D. N. deuotionis gratiam communicat, est per ipsam meditationem & contemplationem: cum scilicet considerantur infinitæ eius misericordix, & innumeræ nostræ miserix: horum enim duorum consideratio teste S. Thoma) diuinum hunc ignem accendit, & quo consideratio attentior est, ac profundior, in humilitate & sinceritate, eò amplior excitatur flamma; vt enim ait Ecclesiasticus, *et secundum ligna filia; sic ignis exardescit.* Et sicut ignis iræ aut amoris proprii, ardet secundum ligna rationum & considerationum, quibus illa innititur; ita deuotionis & amoris diuini ignis plus ardet, aut minus, secundum qualitatem sanctarum meditationum, quæ ligna sunt, quibus illa fouetur & alitur, accedente Spiritu S. diuinæ suæ inspirationis flatu, vt cito ignis concipiatur, flammaque excitetur. Nam, vt tempore Nehemix postquam sacerdotes composuissent sacrificia & ligna, *et tempusq; adfuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo, repente accensus est ignis maguus, qui sensim sacerdotibus orationem facientibus, sacrificium consumebar.*

Ecel. 28. 12.

Psal. 38. 4.

2. Mach. 1. 21.

IX SPIRITUS
DE PONTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ita nobis incumbit, modum orandi discere, & considerationum ligna quærere, eaque in altari cordis collocare, etiam si obscurum ad huc & nubilum sit, innitentes tamen fidei & auxilio Dei, ad quem tanquam ad solem spectat, vultum suum cum libuerit aperire, ac deuotionis ignem accendere, quæ in medijs huiusmodi considerationibus ferueat, nosque oblectationibus & affectibus ineffabilibus ad orandum permoueat. Obseruandum est tamen, quod sicut ignis, non tam lignorum multitudinem litur, quam eorundem qualitate, sicca nimis, & aptè compositis: Nam multa si sint arida, aut ineptè composita, potius ignem suffocant: Ita Deuotionis ignis non acceditur multitudinem discursuum, ab his in illas veritates inordinate saltando; nec valde subtilibus & delicatis meditationibus, quibus multum est illecebræ curiositatis, ac superbix, his enim potius suffocatur parua illa deuotio, quæ periret. Propter quam causam peritissimi homines (vt ait Doctor Angelicus) solent minus se deuoti, quos curiositas effundit, scientia inflat, & excæcat superbia: sinceri vero & humiles, etiam si imperiti sint, magis sunt deuoti, quia serio se tradunt Deo; maiori que puritate, diuina mysteria considerant non multis & habitis discursibus, sed moderatis, ac ordinatis in eum solum finem, vt voluntatem permoueat & ad Dei gustum alliciant: argumentum eligentes ad id aptissimum, iuxta ipsius meditationis inclinationem & facultatem.

ALIQVI enim inveniunt aquam deuotionis, dum in terra suarum miseriarum fodientes, valde profundè descendunt, in propria cognitione. Sic enim emolluntur & quasi tenerescunt, sensu malorum suorum, & statim deuoto promptoque animo se dedunt, vnico suo auxiliatori, qui est Deus. Et quamuis putealis aqua non soleat esse adeò pura, atque pluuiialis, quæ de cælo descendit; prodest tamen ad irrigandam aridam cordis terram, & eius desideriorum sitim mitigandam.

1.

ALII inveniunt aquam deuotionis y in fontibus Saluatoris, quæ sunt mysteria sacratissimi eius vitæ, passionis ac mortis, de quibus attentissimè cogitant, vtpotè nostro capti valde proportionatis. Ideoque ex 2 petra que est a Christus, virga nostrorum discursuum, & cogitationum ista erumpere facile solet pretiosa hæc aqua, quæ sequitur nos, comitaturq; in deserto huius vitæ, sitim nostram satiando, donec saliat, nosq; se cum deducat ad vitam æternam. Ex eadem porrò b b petra eadem virga percussa, ex t quoque ignis, qui sacrificium incendit, & holocaustum exurit, quod offerre desideramus in ipsa oratione; omnia enim hæc in veteri lege contingebant in figura eius, quod nobis spiritualiter euenit in lege noua.

2.

y Isa. 12. 3.

2 Exod. 17. 6.

2 a 1. Cor. 10. 4. 11.

b b Iudic. 6. 21.

3.

c c Psal. 104. 6. 11.

ALII denique aquam deuotionis inveniunt, in fonte ipsius diuinitatis, & in montibus altissimorum eius mysteriorum. Nam c c super montes stabunt aqua & fontes, qui etiam ad

M 3 conualles

IX SPIRITUS
DE PONTE

conualles descendunt in quibus mysterijs dum
 altius foditur, peruenitur ad coelestem hanc
 aquam, veraque lætitia obtinetur. Quamuis
 aliquibus eadem aqua, ita fit obuia, & in præ-
 ptu, vt vel leuiter fodientes, eam inueniant
 sicut idem Dauid fatetur dicens: *de Me-
 mor sui Dei, & delectatus sum.* Sic in-
 nuans hac sola Dei memoria se per motum
 deuotionem, quæ lætitiæ illi attulerit. Et
 ipsemet Seruator noster viarum suorum myste-
 riorum fidei, attribuit abundantiam huius

ad Psal 76.4

de Ioan. 7.36

ed diuinæ aquæ, dicens: *Qui credit in me
 sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius
 fluent aqua viua,* additque sanctus Ioannes
*Hoc dixisse Christum de Spiritu, quem acci-
 pturi erant credentes in eum: non solum
 sancti essent, sed feruentes etiam ac deuoti
 & non dixit, flumen, sed flumina: innu-
 ri enim sunt affectus deuotionis; qui ex
 viua fide profluunt, cum firmis proposito
 in omni genere virtutum, quæ interdum ma-
 ta quoque eaque copiosa producunt lachry-
 marum flumina, de quibus infra dicitur
 Quamuis absque lachrymis externis, affectus
 ipsi sint flumina interna, quæ fluunt ex in-
 bili & infinito fonte ipso videlicet Spiritu
 qui ob Seruatoris merita datur. O Spiritus
 diuine, qui es aqua viua, ignisque consumens
 & credentibus sicut fons aquæ, igneque
 quæ communicaris veni in cor meum; vt
 es aqua, illud laues, saties, irriges, ac feceris
 des; quæ verò ignis, illud purifices, inflamma-*

cap. 19.

Illustres, ac doceas, linguis amoris loqui.
O Redemptor dulcissime, petra viva, ex
qua fluunt aquarum flumina, & ignis flam-
mæ, doce me, ira mysteria tua meditari,
ut hauriam aquam & ignem, quæ in illis
est.

§. 2.

IN huiusmodi colloquijs est & aliud me-
dium, quo solet citius gratia deuotio-
nis obtineri, quàm ratiocinationibus: lo-
quentibus enim cum ipsomet Deo, qui pri-
mus est fons deuotionis, eam demissè peten-
tibus, citius communicat: quia ipse dixit: *ff Matt. 7. 7.*
Petite & accipietis, querite & inuenietis.
Ponit autem primo loco petitionem, quia fa-
cilis impetratur, quod orationibus petitur,
quod quam queritur meditationibus. Est
memor eius, quod refert scriptura de *g filia* *gg Ps. 15. 19.*
Chaleb, quæ pergens cum Patre suo, supra *eg Iudic. 2. 15*
uit: cui Chaleb, quid habes, inquit: ac illa
respondit: da mihi benedictionem: terram
australem & orientem dedisti mihi, quam Solis
calores exsiccant: iunge & irriguam, de
ditq; ei Chaleb irriguum superius & infe-
rius. O anima veræ deuotionis cupida, si in-
gressa ad conspectum Patris tui coelestis, ter-
ram considerares, quæ sorte tibi contigit,
& experientia disceres, animam tuam esse
terram aridam & ex seipsa absque aqua
deuotionis, & oppugnatam ab ardori-

M 4 bus

IX SPIRITUS
DE PONTE

bus cupiditatum, quæ magis adhuc illam exsiccant, & inutilem reddunt, mitteres procul dubio tua suspiria ad cœlum, diceresque cum

hh Ps. 142. 6. Dauid: *h h anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudime, Domine, quia defecit Spiritus meus:* da mihi cœlestem aliam quam benedictionem, quæ me refrigeret, commutat terram hanc aridam & sterilem in irriguam aliam, quæ fructus proferat benedictionis. Quod si in hac petitione cum seruiore perseveres, quoniam pater tuus cœlestis adeo est misericors, commiseratione tuæ siccitatis & miseræ permotus, dabit tibi irriguum superius & inferius, irriguum superius est aqua deuotionis, quam ipse dat per seipsum, & (vt ait Dauid) ex alto illam demittit, *i i etenim cœli distillauerunt a facie* & præsentia *Dei Sinai à facie Dei Israel,* restat pluuiæ spontè decidentis, quia *k k montes ipsos irrigat,* adeoque fecundos reddit vt terram suis fructibus satient. *ijs enim,* quoniam in perfectione alti sunt montes, tali genere pluuiæ indulget Deus, idque frequentissimè: quia indulget tanquam filiis dilectis ad quam pluuiam suscipiendam, ipsi etiam feruentibus suis laboribus & exercitijs se disponunt. Sed ego Domine, etsi fateor me esse montem, non tamen in sanctitate, sed in superbia sum mons, ideoque sicut *Montes Gelboa,* mereor maledictionem, & ne ros aut pluuiæ de cœlo veniat super me. tu autem cœlestis pater, qui veræ *m m pluuiæ Pater es,* mittere

ferere mei, & visita aridum hunc montem irriguo isto superiori, vt copiosum fructum proferat, attende, quod *in hereditas tua* valde sit *infirmata*, mitte ergo pluuiam, qua illa corroboretur, valdeque perficiatur.

in Ps. 67. 10.

DENIQUE licebit sperare, & minimum, petere irriguum inferius, gratiam scilicet deuotionis, quam DEVS Dominus noster communicat media nostra diligentia, dum audimus scilicet conciones, pios libros legimus, diuina mysteria meditamur, ac contemplantur, ea methodo & ratione, quæ in sequentibus tractatibus proponetur.



IX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT XII.

DE QUATVOR MODIS O
randi, & cum Deo colloquendi, qu
ponit sanctus Paulus, & eorundem m
ter se ordine. Agitur hic de primo
qua glorificationem & laudes Dei,
amoremq; & exultationem,
de eius excellentijs
complectitur.



a. 1. Tim. 2. 1.

INTER ceteros modos
formas orandi, & cum Deo
D. N. agendi, celebrior
sunt, quos indicat Aposto
lus, scribens ad Tim. dice
a *Obsecro primum omnium*
per OBSERATIONES, ORATIONES
POSTVLATIONES, GRATIARVM
CTIONES, pro omnibus hominibus: hoc enim
bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro
Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad
agnitionem veritatis venire. In quibus verbis
quatuor modos coiunxit orandi, valde deuotos
quos SS. Patres diuersis explicant rationibus
illa videtur aptissima, quæ conformis est mo
dis, 5 cap. recensitis.

PRIMVS modus est, per modum glorifica
tionis & laudis Dei, quem modum per excel
lentiam

lentiam, vocant ORATIONEM, quatenus in ea Spiritum nostrum eleuamus ad glorificandum Deum, ob eius magnalia & excellentias.

SECUNDVS modus est, per gratiarum Actionem, ob accepta ab eo beneficia.

TERTIVS, per Petitiones aliorum beneficiorum.

VLTIMVS per obsecrationes, additis scilicet nominibus & causis, ob quas, quod petimus, nobis concedat.

OMNES autem quatuor hos modos, vult Apostolus applicari pro omnibus hominibus, cupiēs, Deum ab omnibus glorificari; gratiasque agi, ob collata omnibus beneficia; Peti vero etiam pro omnibus, quod pro nobis petimus, vt omnes salui fiant. Et hac ratione, omnes hi modi orandi, erunt magis perfecti: quia à magis accensa charitate proueniunt, implentque exactius, quod cupit Deus. Et quamuis omnes quatuor possint eiusdem orationis tempore exerceri, vt illa omnes suas partes integrè habeat: non est tamen necessarium, omnes simul coniungere; sicut nec eo ordine exerceri, quo sunt collocati, siquidem ipsemet Apost. eosdē referens in alijs Epist. nō eodē ordine retulit, sed quē in vno loco prius collocauit; in alio collocat posterius: vt nobis significaret, licere cuiuis, ab eo modo & actu incipere, quē Deus inspirauerit, aut propria necessitas, vel deuotio dictauerit, sicut aduertit S. Bonauēt. præclarè in hac materia exercitat.

Qui

IX SPIRITUS
DE PONTE

Phil. 4. 5.
Colof. 4. 2.

Qui tamen nihilominus bonum esse ait, praedictum ordinem seruare, incipiendo scilicet Dei laudibus, gratiasque pro collatis beneficijs agendo & nostris necessitatibus propolitis, culpisque cum dolore confessis, miseriarum nostrarum remedium tandem petendo. Quod ordinem refert S. Ioannes Climachus, in suo religioso cuidam ab Angelo reuelatum, ut in sua oratione seruaret. Eundem etiam ordinem suadet S. Ambrosius, & ante eum S. Basilus dicens: Ingenuam magis rationem esse cum Deo agendi, si ab eius laudibus incipiamus profunda eum humilitate, ac reuerentia glorificando; postea vero gratias & beneficia petendo, quasi opere ipso protestemur, nos gloriam ipsius Dei potius ad orandum accedere, quam ob commodum proprium: nosque ad conspectum diuinum potius trahi lege gratitudinis, quam intuitu propriae necessitatis. & hanc ob causam, in ipsa precatione Dominica, quam ipse CHRISTVS Apostolos docuit, in qua septem praecipua capita posuit, quibus cum Deo esset in oratione agendum, illud primo loco posuit, quod spectat ad sanctissimi eius nominis glorificationem. Scilicet quoniam valde sumus imperfecti, nostrae necessitates valde nos premunt, nobisque sunt valde in oculis, Deus vero glorificandus dum eas ei commemoramus, earumque remedium petimus: secure possumus ab eis nostrum colloquium auspiciari, facto ex eis gradu, per quem ad alia gloriosiora conscendamus ma-

Matth. 6. 9.

xime quia, quocunque modo cum Deo loquamur, expedit, dulcem quandam harmoniam ex omnibus tribus contexere, nunc à primo ad ultimum descendendo; nunc contrà ascendendo ab infimo ad supremum, vt mox apparebit.

§. I.

INITIO itaque factò è primo orandi modo, cum scilicet vis colloqui cum Deo eum laudando, & glorificando, animoque exultando, argumentum huiusmodi colloquij esse debent magna omnia, quæ nos docet fides de ipso Deo trino & vno, ac de IESU CHRISTO Seruatore nostro, ab vna in alteram eius excellentiam, cum debita mora discurrendo: & in singulis exultando, quod tantam Deus habeat: inuitando etiam ipsos Angelos & Creaturas omnes, animamque tuam, cum eius omnibus facultatibus, vt eundem ob eandem excellentiam glorificent; optando tibi eam partem, cuius, ad eum magis glorificandum es capax; demittere te ac dolendo, quod eam non habeas, si id tua culpa euenit: petendo eandem humiliter, vt sis perfectus sicut ipse perfectus est, & quia ita ipse vult. Hæc ratione poteris quasi litaniam quandam conficere ex ipso Dei ESSE, eius Trinitate, Bonitate, Sanctitate, eius Sapientia, Omnipotentia, Charitate & Misericordia; eius Fortitudine, Patientia, Longanimitate, & Liberalitate; eius Prudentia, ac reliquis perfectionibus,

quas

IX SPIRITUS
DE PONTE

quas habet. ITEM licebit aliam similem conficere de officijs, quæ erga suas creaturas præstat; quale est, officium Creatoris, Conferentoris, Gubernatoris, & Protectoris; officium Patris, Magistri, Medici, Seruatoris, & Glorificatoris: perpendendo in singulis, tantam bona & commoda, quæ ab eo accipis; quæ magnitudinem & excellentiam, quæ in eis resplendet; quamuis non cederent in tuum commodum: de eisdem animo exultando, eumque ob eas glorificando, & inuitando creaturas, quæ iisdem bonis fruuntur, ut eum laudent, & glorificent, ob excellentiam, quam ipse ostendit, dam eis illa largitur.

H V I V S orationis praxis hæc esse potest. Confiteor, Deus meus, quod sis quoddam Esse infinitum, æternum, immensum, incomprehensibile & ineffabile, principium rerum omnium, quæ habent esse, fons omnium perfectionum, quæ inveniuntur in creaturis; per quem illæ totum suum esse & perfectionem habent; & sine quo omnia perderent. Exulto animo, quod tantam habeas infinitatem; sic benedictio tua æternitas, glorificetur immensitas, omnia tuæ creaturæ te laudent, ob tuam incomprehensibilem bonitatem, ex qua illæ oritur, quæ ipsæ habent. O Deus ineffabilis, quomodo te laudabo ob excellentissimum esse, quod habes; siquidem, Domine, mihi dedisti esse quod habeo, quia ex me ipso sum nihil, perfrice illud gratia tua, ut perfectum sit, sicut tuum est perfectum. O Deus Trine & Vne, Pater, Fili, & Spiritus

Spiritus S. sit benedicta suprema tua Trinitas
 in personis, & indiuisibilis Vnitās in essentia:
 gaudeo, quod sis vnus Deus, vnum habens sen-
 sum, vnum velle, vnumque operari cum sum-
 ma vnione & amicitia, à qua illa procedit, quā
 tui sancti fruuntur in coelo & in terra: ipsi ob
 eam te laudent, quam in te habes; & ob eam,
 quam illis communicas; quis hoc mihi tribuat
 vt & ego in omnibus meis cogitationibus &
 & affectibus sim vnus tecum, & propter te et-
 iam cum omnibus, in eo gradu, quo tu vis, ita
 participans infinitam tuam vnionem, vt nun-
 quam eius partem aliquam perdam. O Deus
 sanctissime, fons totius sanctitatis, cuius com-
 paratione, illa quam sancti habent, obscura est;
 laudo te propter illam, & exulto de ea; tuisq;
 Seraphinis supplico, vt mei gratia renouent
 canticum, quod alias cecinerunt dicentes: Sanctus,
 Sanctus, Sāctus, Dñs Deus virtutū, & illæ
 ipse te laudent & glorificent; seseque nobis
 communicent, qui degimus in terra, vt & ipsi
 laudemus te in ea, sicut qui coelos iam incolunt.
 Amen.

Ex dictis intelliges, hūc orandi modū, om-
 nium esse excellentissimum, cuius fons finisq;
 est, actus heroicus amoris Dei, qui proprius est
 vix vnitati, velle scilicet illi bene, quod non
 est desiderare illi aliquid bonum, quod in sei-
 pio non habeat; quia nullum illi deest: sed est
 complacere tibi & congaudere de bonis, quæ
 Deus habet; & oblectari, quod ea habeat, ita
 exultando quod sit Deus, qui est, habeatque tot
 excel-

IX SPIRITUS
 DE PONTE

excellentias: vt, si qua illi deesset, (ita lo-
 liceat) & tibi esset liberum, eam illi dare, im-
 ma tua voluptate dares; vt eam habens, nulli
 illi deesset. Et si liberum tibi esset, quem ve-
 les Deum eligere, non alium, quam ipsum e-
 geres, dicens cum Dauide: *b Dixi Domine
 Deus meus es tu.* Et quamuis *bonorum meorum
 non indigeas*, si tamen indigeres, omnia illa
 tibi darem. Ex quo efficitur, actum hunc, me-
 dium esse efficacissimum, vt nostræ orationes
 exaudiantur. hoc enim significat illud *psal-
 tis: c Delectare in Domino. & dabit tibi peti-
 tiones cordis tui:* quasi diceret; si delectaris
 solo Deo, quod is talis sit, potius quam ali-
 us donat ipse te eis replebit, quando hoc
 intuitu illa petieris, *d si manseritis in me,* &
 more meo: *& verba mea in vobis manserint,*
 eis obediat, *quod unque volueritis petere,*
fiet vobis. Et iterum, *e petite & accipietis,*
gaudium vestrum sit plenum.

S. 2.

IDEM orandi modus exerceri etiam potest
 in alia materia nostræ fragilitati magis
 proportionata, nec minus ampla, virtutum
 scilicet, & excellentiarum Dei hominis
 cetera: quæ etsi sint innumerabiles, reduci tam
 ad septem præcipua mysteria possunt, quæ ex-
 primuntur in septem articulis sanctissimæ
 ius humanitatis, de quibus Tract. 2. fusius dicitur.
 Per hæc omnia mysteria, licebit ab vno
 ad alterum discurrere, ipsum Seruatorem no-
 strum

strum glorificando, ob eius excellentias, in eis
 relucētes, nunc ob hanc, nunc ob illam, & quā-
 vis omnia illa sint beneficia in nos collata, in
 hoc tamen primo orādi modo, illa sunt inspi-
 cienda tanquam ipsius Dei magnalia; vt de eis,
 & propter ea, illū glorifices eo spiritu, quo id
 Angeli faciunt, pro quibus non est natus Chri-
 stus pauper, nec passus mortem; nec fecit reli-
 qua opera redemptoris: qui nihilominus eum
 propter illa magnalia laudant, dicentes: *f Glo-*
ria in altissimis Deo. & *g cum agnus aperuisset*
librum signatum sigillis septem, homines & an-
geli eodem spiritu illum laudarunt, dicentes
voce magna: Dignus es accipere virtutem, &
diuinitatem, & Sapientiam, & Fortitudinem,
& Honorem, & Gloriam, & Benedictionem, à
 nobis scilicet te laudantibus, ob tua adedō glo-
 riosa facta. In hunc ergo modum cū in ora-
 tione hæc mysteria, quæ antea sigillis obsigna-
 ta erant, tibi reuelātur, projice te ad pedes IE-
 SV CHRISTI, & canta coram eo cantica no-
 ua, & laudes, dicens: *ō Saluator dulcissime,* a-
 nimo exulto ob immensam tuam charitatem
 & omnipotentiam, quæ in opere tuæ Incarna-
 tionis eluxit, glorificent te omnes, ob humili-
 tatem & paupertatē, quam in tua sancta nati-
 vitate manifestasti; sit benedicta sapientia &
 bonitas, quam in tua prædicatione ostendisti;
 laudent te millies omnes, ob heroicās virtutes
 quæ in tua passione & morte eluxerunt, gau-
 deo & exulto ob eam gloriam, quam in ad-
 miranda tua resurrectione accepisti, & qua

f Luc. 2. 14.
g Apoc. 5. 8. 12

IX SPIRITUS
 E PONTE

nunc frueris in cœlo, ad dexteram Patris
 fidens; adeoque exulto animo, ob ista
 gnaalia quæ habes; vt si quod eorum
 tibi deesset; egoque possem illud tibi dare,
 mihi proculdubio darem. Sit benedictus
 ternus tuus Pater, qui illa tibi ad eum
 dedit; frueri illis per totam æternitatem
 tuorum electorum commodum & utilitatem
 fac me alicuius eorum participem, vt
 ego te laudem & glorificem in æternum
 amen.

S. 3.

HINC licebit progredi ad alios tres
 modos Deum laudandi, valde facili
 deuotos.

h Eph. 5. 19.
 Co. 05. 16.

i Psal. 145. 1.

PRIMVS est h loquendo (vt ait Apostolus)
 tibi metipsum, & te ipsum exhortando ad
 loquendum cum Deo, eum laudando in Psalmis
 & Hymnis, & in Canticis spiritualibus
 cantans in corde tuo Domino, cuius
 præmirè nos docet sanctus Rex David in
 Psalmis, nunc secum loquendo: *Laudabo
 anima mea Dominum*: & statim feruentem
 sollicitudine & proposito id faciendi, sibi ipse
 respondet: *Laudabo Dominum in vita mea
 adhuc parum hoc esse apud se ostendens: *Quia
 anima mea, inquit, Deo meo quamdiu ero. Et quoniam
 anima mea in æternum erit, ego in æternum
 in æternum laudabo; sperans de eius misericordia,
 me non ad infernum descendurum.**

vi blasphemant; sed ascensurum in cœ-
 lum, uti semper & in æternum laudatorem.
 Alias seipsum fufius ad id faciendum prouo-
 cans, dicit: *k Benedic anima mea Domino,*
& omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto
eris. Discurre itaque per omnes potentias,
 sensusque animæ tuæ, & per omnes corporis
 tuæ partes; easque ad Deum laudandum pro-
 uoca, ob alias infinities excellentiores, quas
 ipse habet eo modo, quo diuina scriptura illas
 ei attribuit; dicesque, Memoria, Intelle-
 ctus, & Voluntas mea laudate Deum, & exul-
 tate ob infinitam memoriam, clarissimum
 Intellectum, & Voluntatem, quæ in eo
 sunt; Oculi & aures meæ glorificate Deum,
 ob oculos purissimos, & aures, quibus ipse vos
 aspicit, auditque. *o utinam brachia mea, &*
manus meæ, omnesque earum digiti, in lin-
guas conuerterentur, quæ Deum laudarent,
 ob ea opera quæ ab eius manibus proced-
 unt. *O utinam I omnia ossa mea dicerent:*
Domine, quis similis tibi? Quia tu vnicus
 & solus es in tua magnitudine, dignissi-
 mus infinito honore, & gloria propter il-
 lam.

k Psal. 102. 1.

1 Psal. 34. 10.

SECVNDVS modus DEVM landan-
 di est, nomine omnium creaturarum, at-
 que si tu esses omnium illarum lingua, qua-
 rum defectum suppleres. Et siquidem illæ
 DEVM laudant, quomodo possunt, ostenden-
 tes pulchritudinem, quam à suo Creatore

2.

N 2 acce-

IX SPIRITUS
 E PONTE

in Psal. 18. 1.

acceperunt, sicut in *Cæli enarrant* gloria
Dei. Tu illum lauda lingua, quam à Deo
 cepisti, eas inuitando, ad eundem laudandum
 hoc enim est te ipsum inuitare & excitare
 earum loco, eum laudes, discurrendo per
 cipuas earum; cui rei aptè inseruit Cantus

in Dan. 3. 52.

illud Danielis: *Benedicite omnia opera*
domini Domino, laudate & superexaltate eum
secula. Laudent te, Deus meus, cæli & terra
 & nunquam à tuis laudibus cessantes; te
 ificent. ò gloria mea, gaudeo, me posse esse
 quam cælorum, omniumque stellarum
 elementorum, omniumque habitantium
 vt omnes tuæ creaturæ in me, & ego
 laudemus & glorificemus te, ob tuas
 nitas excellentias, à quibus illæ procedunt
 quæ in eis sunt.

3.

HINC licet tibi spiritu conscendere
 lum, cuius viua imago est hic modus
 ibique intuere omnium beatorum exercituum
 qui (vt ait S. Ioannes) *non cessant die ac nocte*

in Apoc. 4. 9.
p c. 19. 1. 5. 7.

dare gloriam, & honorem, & benedictionem
laudem Deo, dicentes inuicem, p alleluia
lus & gloria & virtus Deo nostro alleluia
dem dicite Deo nostro omnes serui eius, omnes
magni; gaudeamus & exultemus & deus
riam ei, quia infinitè dignus est ea, nec vllus
 hoc excusetur cantico: quia a Deo vult ab
 nibus laudari, & dulce hoc verbum *Alleluia*
 frequenter ab omnibus repeti, quæ vox
 ficat *laudate Deum cum letitia*. Discurrunt
 que per nouem Angelorum choros; & mox

Ribera in
Apoc. c. 19.

choros Patriarcharum, Prophetarum, Aposto-
lorum, Martyrum, Virginum, & Confessorum
omnesque ad laudandum Deum inuita, & ob-
lectare, videns, quomodo id faciant, teque i-
psum illorum cœtui coniunge; dicens mil-
les Alleluia, laudemus videlicet Deum cum
lætitia. Inuita quoque omnes homines, qui
sunt in terra, vt eundem tecum laudent, dicēs
illis cum Dauide: q Magnificate Dominum me- q Psal 33. 4.
cum, & exaltemus nomen eius in idipsum: vt
conspirantes omnes in hunc, eum laudandi
modum, terram ipsam in cœlum conuerta-
mus. O Deus infinite, sit benedicta immensa
tua charitas, qua clementer dignaris, vt pusilli
minus terræ te ita laudent, sicut magni in cœ-
lo! Et siquidem *nō est speciosa laus in ore pec-* Eccl. 15. 9.
catoris; nec solidi veri que gaudij capax est a-
nima subdita peccato; purifica nos tua
gratia, quō te cum lætitia ita lau-
demus, sicut te Sancti lau-
dant in gloria.

Amen.



IX SPIRITUS
DE PONTE

CAPVT XIII.

DE FORMA ORANDI, E
cum Deo loquendi per gratiarum
actionem, varios gratitudinis actus
beneficijs ab eo acceptis offerendo: qu
modus ostenditur in quadam ora
tione Davidis in extasi
existentis.



AGNAM hic modus, per
gratiarum Actionem orandi,
di, cum superiori similitudinem
habet: siquidem hic est etiam laus, & gratificatio
quædam ipsius Deo, quamuis alio nomine,
accepta scilicet à liberalissima eius manu
beneficia, quæ & numero & magnitudine
infinita. Quare amplissima est huius orationis
materia, & altissima, diuinæque Materiam
gratissima. Ad eam nos ipsemet exhortatur
sæpè, per os Davidis dicens: a *Nunquid
manducabo carnes Taurorum, aut sanguinem
hircorum potabo? Nunquid hæc sacrificia
me satiare poterunt? immola Deo sacrificium
laudis & redde altissimo vota tua: sacrificium
enim laudis honorificabit me, & illic iterum
quo tibi ostendam salutem are Dei. Atque si dicitur*

a Psal. 49.
1243.

rer: Si honorare me vis, sicut ego volo, at-
 tende, me non tam acceptare sacrificia mor-
 tuorum animalium, atque sacrificia laudum,
 ob magnalia mea, & beneficia quæ contuli,
 dum scilicet mihi vota promissaque offerun-
 tur propter illa; hac autem via aperiam tibi in
 oratione mysteria, quæ aliàs non assequeris:
 impleboque desideria salutis, quam quæris. Ei
 enim, qui gratum se exhibet, adaugeo ego
 gratiam; & anima, qua benedicit, impingua-
 bitur. Et te aperiente os, ad gratias pro ac-
 ceptis beneficijs agendas, aperiam ego manus
 ut impleam te benedictionibus. Hinc est
 quod gratiarum actio pro acceptis beneficijs
 (vt ait S. Thomas) titulus quidam sit, quo Deus
 inclinatur & mouetur, ad noua, quæ petimus,
 concedenda. Quare præcedere debet ipsas
 petitiones, aut certè illis adiungi vt exaudiã-
 tur, sicut dicebat Dauid; *c Laudans inuocabo* c Psal. 17. 4.
Dominum, & ab inimicis meis saluus ero.
 Et, cum aliquod fidei mysterium meditatur
 inferendus hic affectus est cæteris, & in omni-
 bus nostris actionib. horisq; diei frequentã-
 dus. Nam (vt S. Aug. dixit) quid melius corde
 cogitari potest, aut ore proferri, aut calamo
 scribi, quam hoc verbum, Deo gratias? Nullũ Epl. 77.
 certè breuius proferri potest, aut iucundius
 audiri, aut alius intelligi, aut fieri ytilius. Ac-
 cedit, qd ad nihil aliud faciendũ magis obstri-
 ctus ob infinita nõa, quibº grati esse tenemur
 infinito huic benefactori, qui merè gratis, & cũ
 amore infinito confert infinita beneficia, ijs
 N 4 qui

IX SPIRITUS
 DE PONTE

qui etiam infinite erant illis indigni, aut nullo omnino modo ea promereri poterant. Et itaque æquissimum, ingredi interdum ad huius Dei conspectum, ad colloquendum agendumque cum illo: non ut ille recentia conferat beneficia, sed ut tu, pro ante acceptis, gratias agas. *Primum* autem, a quo incipies, erit, eum laudare ob hoc ipsum beneficium, quod te ad huius conspectum admittat, ut gratias ei agere possis. Nam & hoc ipso indignum te existimare debes. Et quoniam principium gratitudinis (teste S. Thoma) est memoria retinere acceptum beneficium, ex quo tres actus procedunt, id est scilicet beneficium magnificare, beneficium laudare, & aliquid ei in reparationem offerre: in his omnibus studere debes excellere, reuocando scilicet *primum* in memoriam innumeram diuinorum beneficiorum multitudinem, ad duos ea ordines siue classes reuocando. Quædam enim sunt naturæ, alia gratiæ & in utroque inspicienda sunt primum generalia, postea specialia: obstrictum te agnoscendo omnibus, nullo (ut ait sanctus Bernardus) nec ex magnis, nec ex paruis prætermisso. *Primum* enim omnium propter eam censendum est maximum, quod, qui illud confert, sit infinitus; conferatque infinito amore ei, qui illud non erat promeritus.

(·:·)

.2. q. 107. a. 2

Serm. 51. in
Cant.

S. I.

SE D quoniam de his beneficijs in sexta parte Meditationum fusè actum est, hic tantum subijciemus Praxin cum Deo colloquendi, gratiaque pro illis agendi. *Primum* ergo pro argumento iucundi huius colloquij & conuersationis, licebit accipere beneficium vitæ, quam Deus tibi largitur, dicens illi: O Deus viuens, & vita, quæ semper viuus; fateor, me accepisse à te vitam, quam uiuo; & ex sola tua misericordia, me ea, quàm indignum frui. Benedicant tibi omnes viuentes, ob ipsam vitam, quam mihi largiris; & ego laudo te, millesque glorifico, quod eam mihi sis elargitus; & milles millies, quod ad hoc vsque momentum, eandem mihi conseruaueris. Quid tibi, Domine, reddam pro hac vita, nisi eandem ipsam? eam itaque promptissima voluntate tibi offero, eo animi decreto, vt non amplius mihi, sed tibi uiuam, tua voluntas erit vita mea, quam pro te tradere, erit mihi lucrum: relictum est enim, ad te redire, quod à te prouenit; teque cum illo in æternum glorificare. Amen.

O D E V S infinite, Spiritus purissime, à quo anima mea ex nihilo fuit creata, te in ea exprimente imaginem & similitudinem tuam: quas gratias tibi reddam pro tanto beneficio? Vnde hoc mihi, vt me ex abyssu nihili educes, innumeris alijs in eodem relictis? sit benedicta æterna illa sapientia, qua me nouisti;

IX SPIRITUS
E PONTE

onitas, qua me dilexisti; & omnipotentia, qua me creasti. O gloria mea, siquidem ad tantam me altitudinem erexisti, ut habeam tuam similitudinem; perforce illam gratia tua, ut perpetuò quæram ego gloriam tuam. Quomodo pro hoc beneficio reddere tibi possum, nisi animam ipsam, quam mihi dedisti? En Domine, tibi eam offero, accipe illam, siquidem tua est; viuatque tibi, & non sibi, & quandoquidem illam voluisti esse æternam, eadem tibi seruiã in æternum. *Benedic anima mea Domine & omnia qua intra me sunt, nomini sancto tuo.* Quod malè tibi de se merito ad eò nobile esse dederit; nec abstulerit hæctenus, quamuis tibi peccatis id fueris promeritus. Et in hunc modum licebit discurrere per beneficium, quod accepisti intellectum, liberum arbitrium, & reliquas potentias, sensus, ac membra corporis; bonaque externa, quibus uteris, laudandum cum pro hisce singulis donis, ac singula ad ipsius obsequium promptè offerendo.

TRIA verò nominatim insignia munera sunt huic benefactori offerenda.

I.

d Gen. 28, 21.

PRIMUM atque præcipuum est, eundem pro tuo Deo, perpetuoque Domino agnoscendi, sicut Iacob Patriarcha votum fecit: *d si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, erit mihi Dominus in Deum.* O Deus æterne, quid maius melius reddere tibi possum, pro bonis in me collatis, quàm gloriam diuinitatis eo modo, quo mihi licet, tibi dare; si ut habereris Deus, suffragijs & calcu-

lis el-

lis esset obuenturum meum ego procul dubio tibi darem, vt omnes te solum pro Deo agnoscerent, gloriamque & honorem tibi condignum redderent. Hanc voluntatem promissimè tibi offero, quæ summum est, quod possum offerre, ob tot in me collata beneficia. Ad hanc voluntatem pertinet firmum decretum, non vsurpandi tibi aliquid diuinitatis, quod faceres tribuendo tibi ipsi dona Dei, aut tuam in eis gloriam quærendo: summa enim est ingratitude, proptijs Deum beneficijs oppugnare, non dando scilicet illi gloriam de eis, sed eâ tibi vsurpando, vt suo loco dicitur.

ALTERVM munus est, vt ingenuè apud te statuas, huic Domino gratis, & non tui commodi causa fideliter seruire; sicut ipse beneficia sua, absque vlllo suæ vtilitatis intuitu confert. Quare ipse idem affectus, Deum propter beneficia in oratione laudandi, talis esse debet, vt non respiciat alia noua tibi conferenda: Id enim negotiatio potius quædam esset, lucri cupida, quam animi gratitudo. Purè itaque sincereq; eum laudabis, statuens ei seruire, ed quod ipse sit, qui est; & propter beneficia, quæ in te contulit, quamuis alia recentia non daret, sicut Dauid dicebat: *Voluntariè sacrificabo tibi & confitebor nomini tuo Domine; quoniam bonum est, & quoniam ex omni tribulatione eripuisti me.* Atque si diceret: cû tibi sacrificia & laudes offero, non in id oculos cõijcio, q̄ me sis à tribulationib. liberatur; sed in id, q̄ me ex tua sola bonitate ab eis

libe-

IX SPIRITUS
E PONTE

Psal. 33. 4

liberaueris, propter quam liberationem aucto-
tibi seruire.

3. HINC tertium oritur munus offerendum
acceptandi scilicet generosa mente omnes la-
bores & afflictiones, ab eodem Domino tibi
mittendas, animo omninò resignato, vt eis
beneficijs priueris; quando eidem Domino ve-
sum fuerit, ea tibi subtrahere; magnum repu-
tans beneficium, quemcunque laborem de ma-
nu eius tibi euentem, dicens cum Iob: *fa-*
tot bona suscepi de manu Dei, mala quare non
suscipiam? O Deus animæ meæ, tua sunt omnia
bona, quæ habeo, satisque magnum beneficium
reputo, quod me permiseris eisdem vt toto
tempore, quo illa habui. En eadem tibi reddo
in gratiarum actionem, quod ea mihi dederis.
Libens verò accepto afflictiones, quibus nun-
premor, in gratiarum actionem, ob accepta
prius beneficia. Affectus hic plurimum refertur
ad gratiarum actionem, ob redemptionis be-
neficia, quæ Christo D.N. immensis laboribus
constiterunt, ideoque à nobis non dissimilibus
laboribus gratiæ sunt agenda.

§. 2.

QVAECVNQVE hactenus diximus, vi-
debis mirabiliter expressa in altissima
quadam Dauidis Oratione, quam ipse
EXCESSVM appellauit, eo quod cœlesti lu-
mine accepto; extra se factus, supra se ipsum e-
leuatus, agnouisset vanitatem & nihil aliud
quod omnes homines ex seipsis habent; multi-
tudi-

Psal. 115. 11.
Ego dixi in
excessu meo
s. Greg. 22.
Mor. c. 10.

ordinem verò beneficiorum, quæ diuina bonitas in hoc ipso homine & nihilo collocasset. Quidquid enim veri boni haberet id totum esse Dei beneficium, qui dedit. Cùmque hæc bene penetrasset, duo cœpit instituire colloquia, propria eorum, qui orant, Alterum secū, seipsum scilicet interrogando, sibiq; respondendo; Alterum cum ipso Deo, ab vno in alterum ascendendo. *Primum* itaque summæ gratitudinis affectu seipsum interrogauit: *Quid retribuam Domino pro omnibus qua retribuit mihi?* Quomodo gratias ei agam, ob collata in me beneficia? aliquid pro omnibus ita offeres, vt nullum sine gratitudine præteream, & siquidem ille mihi retribuit hæc beneficia, semel & sæpius noua reddens ob seruitia, quæ illi exhibebam, atque si ego eadem illi præstare nõ tenerer; quomodo ergo multiplicabo munera, eiq; offeram, vt sim pro omnibus perfectè gratus? ad quam interrogationem ac desiderium, ipsiusmet Dei inspiratione respondit: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam coram omni populo eius, pretiosa in cōspectu Domini mors sanctorum eius. O Domine. quia ego seruus tuus & filius ancilla tua.* Quibus verbis summatim complectitur, quæcunque diximus, in quibus perfecta animi gratitudo ostendi potest. Nam ego (inquit) statuo, calicem salutaris mei accipere, quantumuis amaritudine & laboribus plenum, meipsum ad eos omnes pro Domino meo tolerandos offerens, quãuis in eis mihi sit

morien-

IX SPIRITUS
E PONTE

moriendum: imò delector valdè, offerèdo
 ipse amore ad mortè, sciens pretiosam esse
 eis oculis & conspectu hanc oblationè. Vol
 itaq; ei offerre, q; ipse tanti facit. *Inuol. ab d*
 inde sepiùs sanctù Dei nomen, cantans per
 tuò eius laudes, ei q; omnia bona tribuens,
 mihi còtulit; ipseus innitens potentia & virt
 non meis; gloriam quærens eius, non meã. *1*
 ta quoq; si ño reddam, & oblationem reru
 illi placent: idq; faciam coram omni popo
 eius, & vniuerso mundo; vt oēs intelligant
 honori mihi ducere, quod illi seruiã. Inter
 aut vota & sacrificia, præcipuum, quod illi
 feram, ego ipse ero, tanquã verum holocau
 cum omnibus quæcunq; habeo, etiã cum
 vita: siquidem *pretiosa est in conspectu Domini*
 mors sanctoru eius: per quam sibi ipsis mori
 tur, vt soli Deo viuant. O Deus & Dñe mi,
 quantum est si hoc totu, seruitij tui causa præ
 stè, & gratitudinis, ob accepta à te beneficia
 nihil me agere in hoc toto iudicio, quia *seruus*
tuus sum ego, & filius ancilla tua. & hæreditate
 habeo, vt sim seruus tuus, & sicut serui gratis
 minò seruiut suis Dñis, nulla mercede petita
 ita ego tibi seruire statuo, sicut seruus, nulla
 mercede quæsit: quia me seruù inutile reputas
 & licet multu laborè, non tamen plus præstas
 q; debeã: siquidè infinite me ad id faciendū ob
 strinxisti: Quia Dñs meus es, & tot in me bona
 còtulisti. Hic excellentissim⁹ est spirit⁹, quo cogit
 dū tibi est in oratione cū Deo, per gratiaru
 ctionè. Et si idē Dñs te in excessu eleuaret, sicut
 Dau-

Davidē, non esset tibi. difficile sed valdè iucū-
 dum. Oēs enim hi affectus sunt quasi excessus
 amoris, in diuinorum beneficiorū excessu fū-
 datī, de quibus Deus cum suis, & illi cum Deo,
 in oratione agunt: sicut cum Christus D. N. in
 monte Thabor *g oraret, & transfiguratus fuit, ve- g Luc. 9. 29.*
 nientesq; Moyses & Elias, vt comites illi essent
 colloquebantur de excessu, quē cōpleturus erat
 in Ierusalem: quē illi proponebant, non tanq̄
 eius ignaro; sed vt laudes dicerent, milleque
 gratias p̄ tanto illo beneficio, ei agerēt. O dul-
 cis IESU, qui & audiebas, & loquebaris in tua
 oratione, de excessu amoris ac doloris, quē in
 tua passione, ob mei reparationē eras ostēsurus:
 siquē excessus hi tui, mea fuerūt beneficia. Ego
 me offero vt calicē salutaris hauriā, quē tu hau-
 sisti, et iāsi ingēs in eo sit mihi labor & dolor: vt
 p̄ modulo meo, ostēdā gratitudinē, q̄ ob aded
 excellēs beneficiū tibi debeo: da mihi, q̄so Dñe
 aliquē tuæ lucis, tuiq; amoris excessū: q̄ me à
 meipso transferat totum in te, & amē te plus-
 quam me; seruiam quē tibi tanquam seruus
 perpetuus, quamuis ex amore filiali.

VLTIM ò perpende, non sine causa Da-
 uidem, aduertentem spiritum libertatis, quem
 in illo Excessu, à Deo acceperat, solutis vin-
 culis & compedibus, quas habebat in cor-
 de, repetiuisse eandem gratiarum actionem,
 & laudis sacrificium; ac statuisse, eadem
 sæpius repetere: vt intelligas, quam fre-
 quens hoc exercitium tibi esse debeat, &
 quoties recens aliquod beneficium in
 oratione

*Diripisti vin-
 cula mea ti-
 bi sacrificia-
 bo hostiam
 laudis.*

IX SPIRITUS
 E PONTE

oratione aut extra illam acceperis, renouabitur tibi esse affectum gratitudinis: imò etiam propter hanc nouam lucem, quã dat tibi ad ipsam cognoscendũ, eiusq; donã æstimanda, propter quõq; gratias illi agere debes. Ad quod (ait Beatus Char. de S. Vict.) nos exhortatur idẽ Dauid,

h Psal. 8. 4.

dixit: h Baccinate in neomenia tuba, in mensura die solẽntis vestra. Neomenia significat nouã lunam, eo quod ad eius initiũ, festum illud concelebraretur. & qd aliud est noua luna, recens incipit recipere lucem Solis, nisi noua illustratio, quã recipis à Sole iustitiæ, ad eum cognoscendũ, eiq; vt par est, seruiendũ.

i Dan. 2. 20.

Statim ergo atq; lucem hanc acceperis, sonare debet musica laudis in gratiarum actionem, quod eam acceperis. Sicut Daniel statim in *mysterium per visionem nocte sibi reuelatum est, benedixit Deum cœli, dicens: Sit nomen Domini benedictum, à seculo & vsque in seculum.*

DE hac Dauidis oratione, agitur iterum in secundo Tractatu, vbi declarabitur cognitio vtraque nostrorum scilicet malorum, & bonorum, quæ in ea luce fundatur.

OS SO

CAPVT XIV.

DE FORMA ORANDI, ET
 cum Deo loquendi per petitiones, aut
 earum insinuationem, & per obse-
 rationem adducendo titulos ex
 parte Dei, Christi Domini, Bea-
 tissimæ Virginis, & re-
 liquorum Sancto-
 rum.



ACCEDAMVS nunc ad
 eum, cum Deo colloque-
 di & agendi modum, qui
 præ alijs, magis propriè
 vocatur ORATIO, qua
 ea petimus, quæ obtine-
 re desideramus, & quibus

indigemus: cuius materia est copiosissima, eò
 quod complectatur omnia mala & miseras,
 quas in hac vita vel in futura; aut patimur aut
 timemus; & bona omnia, quæ nobis desunt, &
 habere speramus in hac vel in futura vita. Ad
 hæc enim duo capita reducuntur septem illa,
 quæ Christus D. N. in precatōne sua Domini-
 ca petere nos docuit, vt suprâ fuit declaratū.
 Mala, quæ nunc habemus, (omissis ijs quæ spe-
 ctant ad corpus, & omnibus patent) sunt igno-
 rantia & obliuio Dei rerumque diuinarum,
 peccata & vitia, carnis passiones, quibus ob-

IX SPIRITUS
 E PONTE

noxij sumus, quæ eadem etiam in futuro
memus: Timemus item doemonis tenta-
nes, mundi pericula, desertiones Dei,
tis terrores, diuini iudicij seueritatem,
infernæ cruciatus. Bona, quæ nobis des-
sunt lux coelestis, diuina gratia, veræ
tutes, earumve augmentum & perfectio,
ferior Spiritus, inspirationes Spiritus
cti; Deuotio, & animæ consolatio,
uisiones Dei, protectio eius prouiden-
tiæ, donum perseverantiæ, & corona
riæ.

IN singulis autem his bonis aut
quæ retulimus, alia multa continentur
petitionum nostrarum sunt materia, præter
quam ea cognouerimus. & senserimus,
ea Deo Domino nostro manifestamus,
faciebat David, cum diceret: *a* *Effundit*
conspectu eius orationem meam, & tribulationem
meam ante ipsum pronuntio. In
nim Deus vult, statuitque, vt omnes
serias ei manifestemus; non, quod ille
nouerit, cui semper sunt notæ; sed quod
referentes, nos humiliemus; & hac ratio-
fateamur, nobis non suppetere vires, ad
dium eis afferendum, & quia humilitas
& de nobis ipsis diffidentia, impellit
ad orandum magnis affectibus & gen-
bus.

A C propterea solet ipse aliquandiu
non audire, donec eas manifestauerimus,

nostrum defectum & impossibilitatem, ad
 reparandas, ipsa experientia didicerimus, ac
 propterea Matri suae in nuptijs respondit.
Nondum venit hora mea; Qua videlicet
 vinum miraculosè conuiuii daret. Nec
 enim vini defectus erat manifestatus.
 Et, cum cæcos ac leprosos esset curaturus, in-
 terrogabat eos: *Quid vultis, vt faciam vo-
 bis?* Vt illi necessitatem suam manifesta-
 rent. Nec voluit Lazarum resuscitare, do-
 nec tolleretur lapis sepulchri, & appareret
 corpus mortuum: ideo enim eos interroga-
 uit, *ubi posuistis eum?* atque si diceret, ad o-
 culum videre volo miseriam vestram; & vt
 omnes eam videant, ac defleant; agnoscant que
 non esse in hominibus potestatem, ad eam re-
 parandam.

b Ioan. 2. 4.

e Mat. 20. 32
Marc. 10. 51.

d Ioan. 11. 34

MODVS & ratio hanc manifestati-
 onem & remedij petitionem faciendi, mul-
 tiplex est, possunt tamen ad tres reduci,
 qui tribus illis modis respondent, quibus
 mystica Theologia (vt ait sanctus Diony-
 sius) agit cum Deo: multis scilicet
 verbis, aut paucis, aut
 etiam nul-
 lis.



X SPIRITUS
 E PONTE

S. I.

De petitione qua fit solis desiderij.

P R I M V S itaque modus petendi à Deo est, statim atque magnam nostram miseriam agnouimus; eam in conspectu ponere, cum incenso quodam desiderio eius reparationis: nullo tamen prolato. Manifestatio enim interiorum miseriarum, ipsumque desiderium reparationis earum, verba sunt & sermones celestem nostrum Patrem, Qui (vt ait Dominus) *desiderium pauperum exaudit*: Ideoque sibi esse existimabat, cum diceret, *Domine te omne desiderium meum. & gemitus meus te non est absconditus*. Et S. Iob. *quis mihi tribuet auditorem & aduocatum, desiderium meum audiat omnipotens?* In sententiam ait S. Gregorius apud faciem mas Dei aures, feruentia desideria valeant clamoribus; quæ desideria si desint, quibus uis uoce clames, censeberis tacere; quibus uis accensis, etiam dum taces, clamas. Moyses nihil loquens orabat, cum Dominus ei dixit: *h Quid clamas ad me?* Et S. Augustinus idem asserit: desiderium tuum (ait) ratio tua; & semper desiderare, est semper orare: quicquid agas, si feruens habes desiderium, semper oras; impleſque dictum *stoli: i sine intermissione orate*: & quod desiderium feruentius erit, eò felicior erit.

e Psal. 9. 17.
f Psal. 37. 40.

g Iob. 31. 35.

22 Moi. c. 1.
& lib. 2. c. 4.

h Exod. 34. 15
In Psal. 37.

i I. Thes. 5. 17

debit exitum. *Dignior sequetur effectus, quem
feruentior procedit affectus.* Et quoniam desi-
derium hoc, est actus charitatis, à qua proce-
dit, vt bona cœlestia desideremus, quibus Deo
seruiamus; ideo addit: *amoris frigiditatem
esse cordis silentium, eiusdem verò ardorem
esse continuum clamorem.* His desiderijs (ait
sanctus Bernardus) vocamus Deum, quando se
nobis subtrahit: quem ex corde desiderare,
est petere, vt redeat. Et Salomon desiderauit
Spiritus sapientia, & datus est ei à Deo, vt
suis desiderium impleret. Nec mirandum,
quod huiusmodi desideria & gemitus exau-
diuntur: proueniunt enim à Spiritu sancto,
qui (vt ait sanctus Thomas) eos promouet, vt
illis & per illa postulet pro nobis gemitibus
inarrabilibus. si in terra siccitas, in multis
partibus hiscentis, clamat, vt *ali aquam ac-
cipiat, Deusque illam exaudit.* Quanto ma-
gis audiet ariditatem Spiritus tui, si eam ponas
in eius conspectu, dicens cum Dauide: *manus
mea sicut terra sine aqua tibi, velociter ex-
audi me Domine, defecit Spiritus meus* audit
Domine, clamorem *pullorum coruorum inuo-*
cantum eum: qui clamor nihil est aliud, quam
necessitas, qua rostra sua aperiunt: quo indi-
catisca se indigere; & non audiet clamorem
necessitatis, auxilium suspirantis & re-
medium.

Cum te defessum sentis interius, os aperis,
vt, attrahens frigidum aërem, respices: imò i-
plemet aër, impetu quodam intrare videtur,

Serm. 74. in
Cant.

k Sap. 7. 6.

I Osee. 2. 21.

m Psal. 142. 7

n Psal. 146. 9

X SPIRITUS
E PONTE

tuum vt refrigeret ardorem, quid itaque
 ciendum tibi cētes, cum anima tua aliqua
 mitur afflictione, nisi vt eam Deo tuo pra
 tes viuo desiderio, eius remedium obtineat
 dicens cum Dauide: *o Os meum aperui, &*

o Ps. 118. 131.

traxi spiritum: quia mandata tua desiderat
 implere, Non dixit autem: se verbum aliq
 locutum, sed vi & impetu desiderij os
 ruisse, & coelestem Spiritum mox ingre
 vt cor eius repletet. Scriptum est enim

p Psal. 90. 11.

dilat a os tuum, & implebit illud O Spiritus
 Etissime, cuius inspiratio, mea est respira
 sine qua non possum Spiritus vitam viuere
 siderium cordis mei facit me os in tuo co
 ctu aperire; audi clamorem meum, & im
 me tua gratia, vt felicem hanc vitam con

q Isai. 25. 24.

uem. O Pater coelestis, qui dixisti q
clamarit ego exaudiam; Quia nostrum de
 rium vt nos exaudias, clamat: Spiritum
 bonum mihi largire, quod meum facies de
 rium, Amen.

PRAXIN huius formæ orandi discen
 mendicis, qui ad portas templorū, aut
 reis sedent ostendētes vulnera sua ingre
 tibus, & exētibus, nec verbum tamen dicunt
 Quia ipsamet vulnera clamant, & Eleem
 nas pro eis petūt. Hoc itaq; modo, in De
 spectu te constitues, instar vulnerati, & v
 rosi pauperis, & ægroti, ostēdēs illi tua v
 magno dolore ac sensu eorū, ac desiderio
 tatis & remedij. Hoc. n. solum diuinam
 ricordia prouocabit, ad subueniendū. r. 110

r Prou 8. 34.

homo (ait Script.) qui audit me & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Si. n. ipse illic, suam ignorantiam confitēs, expectet à me remediū; illud absq; vlllo dubio obtinebit. Exerce (inquit Gerson) spiritualemente hanc mendicitatē, exhibe te in Dei conspectu mendicum: pauper. n. & mendicus illū laudat, dum confitentur, solū ipsum posse illis subuenire, & ex suis miserijs eos eruere. Dic ergo illi confidenter cū Dauide: *Ego egenus & pauper sum, Deus adiuua me. Et iterum. Ego mēdicus sum & pauper, Dominus sollicitus est mei.*

f Psal. 69. 9

t Psal. 39. 13.

S. 3.

De petitione per insinuationem.

SECUNDVS modus petēdi aliquid à Deo (teste sancto Thoma) est, per insinuationem; qua paucissimis verbis, suam quis necessitatem aperiens, desiderū suum insinuat, cōtinendi eius remedium, nihil tamen nominatim petens, nisi fortē in genere. Sicut sitiens Dauid dixit: *o si quis mihi daret potum aqua, de cisterna qua est in Bethlehem, iuxta portā.* Hoc. n. satis fuit, vt tres viri fortes, irrupērent castra Philistinorū, & haurirent aquā de cisterna Bethlehem, & adferrent ad Dauid. quāuis periculum vitæ p. opterea adirent: Sed multo tamen melius exaudit Deus huiusmodi petitiones, vt potē liberalissimus, & qui absq; vlllo suo periculo, eas possit explere. Huius rei insignia aliqua exempla habemus in sacro Euāg. in quorum singulis aliquid speciale relucet, quod

2. Reg. 23. 15

○ 4 hunc

X SPIRITUS
PONTE

hunc modum petendi nos docet, qui (vt ait Hugo de S. Viçt.) ex altera duarum causarum procedit.

Lib. de modo orandi.
cap 3. 10. 2.

Prima est, magnus quidem timor reuerentialis, ex quo tum ob eius magnitudinem, quo petimus; tum ob rei petitæ excellentiam simulque vilitate nostra considerata, contrahit nos, ac remoratur; ne expressè rem illam petere audeamus, sed solum insinuemus nostram necessitatem ac desiderium. Hac ratione orauit Leprosus ille, qui dixit: *b Domine si potes me mūdare* Quasi diceret; potestas in te sita est voluntate: non audeo tamen petere me à lepra mundes: quia eam gratiam non promeritus; tu ergo id fac, quod magis lubet. Alij quoque leprosi *c stantes à longe dixerunt Iesu preceptor, miserere nostri*. Et mulier Cananæ clamauit; *d miserere mei Domine, filia Dauid: filia mea malè à Dæmonio vexatur*. Et Maria Magdalena, cum post mortem fratris Lazari, *e ei idisset ad pedes Iesu, solum dixit Domine si fuisses hic, non esset mortuus frater meus*. Atque si dixisset, res est tanta mortem resuscitare, vt voluntati tuæ id omninò remota, attenda necessitate nostra.

b Matth. 8. 2.
c Luc. 17. 12.
d Mat. 15. 22.
e Ioan. 11. 32.

Secunda causa alterum sequitur extremum non tamen vitiosum, sed Herdicum, & excellentis confidentiæ, tum ob amorem magnam quem habemus erga eum, à quo petimus, & quia ille erga nos habet; tum ob rei quæ petimus facilitatem, si cum magna eius, à quo petitur potentia, comparetur; existimantes satis esse

remedium, si ita expediat, impetrandum, quod
 nostram necessitatem ac desiderium illi pro-
 ponamus, Hoc modo petendi vsa est virgo
 sanctissima, in nuptijs in Cana Galileæ, cum
 filio suo dixit: *f Vinum non habent*, quasi di-
 ceret, ad hoc vt subuenias præsentî necessita-
 ti, & vini defectui, si ita expediet, satis est,
 quod ego te amem, tanquam filium, & tu me
 tanquam matrem. Sorores quoque Lazari, dū
 ille infirmaretur, hoc solum Christo Domi-
 no significari curarunt: *g Ecce quem amas, in-*
firmatur. existimantes, ob insignem fiduciam,
 quam habebāt, id satis esse, vt Christus sanita-
 tem fratri restitueret, si ita expediret: beneuo-
 lus enim hic Deus, non nouit amare aliquem,
 & eundem deserere: *facitq; voluntatem timē-*
tium se. & deprecationem eorum exaudit: &
custodit omnes diligentes se. Imo etiam filius
 ille prodigus, quamuis statuisset, petere à suo
 Patre, *i fac me sicut vnum de mercenarijs tuis:*
 quando tamen hilarem patris vultum anim-
 aduertit, tantam animo concepit fiduciam, vt
 satis sibi esse existimauerit dicere. *Pater pec-*
caui in cœlum & coram te, iam non sum dignus
vocari filius tuus; licet nihil in particulari pe-
 teret, Et quoniam huiusmodi orationes, siue
 insinuationes, ex magna fiducia, magno amori,
 resignationique coniuncta procedunt, optime
 apud Deum excipiuntur, & expediuntur. Id-
 eoque vtile est, frequenter ac feruenter eas
 adhibere: ad quod facilitas & breuitas earum,
 Dei que liberalitas in eisdem exaudiendis, nos

f Ioan. 2. 3.

g Ioan. 11. 3.

h Ps. 144. 19.

i Luc. 15. 19.

X SPIRITUS
SANTUS
DE PONTE

inuitat, exprimendū vero est singulis aliquo
 nomē Dei, aut motiuum, est eius vel ex nostra
 parte, quod vicem habeat petitionis; In hunc
 modum. O lux vera, si vis, potes illuminare
 tenebras meas: o summa potentia, in volun-
 tate tua positum est, infirmitati meae subueni-
 re; misericordia infinita aspice in meam ma-
 gnā miseriam; Creator mi, qui opus est ma-
 num tuarum, persecutionem ab inimicis suis
 patitur; anima quam ad similitudinem tuam
 condidisti; valde est culpa sua defoedata; Qui
 vniuersum toti mundo prospicis, ecce magna
 premor paupertate; tu das escam auribus, ego
 fame pereor; tu lilia campi vestis, ego nudus es
 isto; tu es tuarum creaturarum letitia, ego
 tristitia viuo. O Pater orphanorum, vide, qui
 sim ab omnibus desertus: o mundi redemptor,
 ecce in captiuitatem est redactus, quem tu
 sanguine redemisti: o Deus meus, & oratio
 mea? & quid ego ero sine te, k misericordia
 mea & refugium meum adiutor meus, & re-
 demptor meus, aspice in me, subueni mihi &
 protege me, In hunc modum licebit varias ora-
 tiones instituere, quæ instar sint respiratio
 animæ; & nunciorum spiritus ad Deum; & sa-
 gittarum, quæ iaciuntur in cælum. Et quan-
 uis breuia sint verba, potest esse prolixior
 in eis sensus, loquente scilicet
 affectu, etiam ore ta-
 cente.

k Psal. 143. 2

§. 3.

De Peritione, qua fit adferendo aliquos titulos, siue causas ad impetrandum, quod petitur.

SUPEREST tertius modus petendi, magis expeditus, & omnibus communior; cum scilicet distinctè petimus à Deo D. N. ut à malis nostris nos libere, & bona sua nobis cōmunicet, exprimentes rē, quam petimus, & causas siue motiua ad impetrandum adducimus; & quicquid præterea deuotio ipsa nos docet; que tanquam Rhetorica quædā est Spiritus S. celiq; eloquentia, qua vincitur inuincibilis. Cuius exemplum apparet in multis eximijs orationibus, quas refert sacra Script. Interdum ergo incipies à diuinis laudibus, sicut qui Dei voluntatem præueniēdo allicit, priusquam aliquid petat; Interdum incipiendo ab exaggeratione tuarum miseriarum, & hostium tuorum feritate, ut sic Deum prouoces ad miserendū. Aliquādo etiam licet ab ipsa petitione statim inchoare, sicut faceret, qui magna aliqua molestia premi se videt. Opertet autem ipsis petitionibus titulos, siue causas & rationes inferre, quæ adsunt, ut exaudiare.

Et hic est modus orandi, quem Apostolus *obsecrationum & postulationum* nomine intelligit, quæ sunt pauperum propria, iuxta illud Sapientis: *a Cum obsecrationibus loqueretur pauper.* Nam illis communiter vtuntur

men-

X SPIRITUS
S. PONTE

a Pron. 18. 23

mē dici, cum à Diuitibus Eleemosynas petunt, qui carcere detinentur, & lites habent, cum iustitiam quæunt, aut gratiam à iudicibus; & famuli aut subditi, cū à dominis & principibus suis præmium aliquod diuturnorū laborum, & seruitorum suorum postulant; à quibus discas hunc modum cum Deo loquendi, cum eius dona petis. Delectatur enim ipse cum ita rogatur, & hac ratione vigetur; non quod ipse sit parcus in dando; sed vt dignior, aptiorque tu reddaris, ad accipiendum, quod petis. His enim obsecrationibus, maiores in humilitate iacis radices; agnoscens te ad eò inopem ac miserum, vt, nisi multis precibus, & intercessoribus, non merearis exaudiri: eius quoque fiducia tua crescit, dum illis potius, quam tuis meritis inniteris. Ideoque dixit

b Baruch 4. 20
Saccus obsecrationis est
quo induentur, vt
orarent.

2. 2. q. 83. a. 17
& q. 80. a. 11.

Ad fratres
de mōte Dei

propheta Baruch. b *Indui me sacco obsecrationis & clamabo ad altissimum;* vt oraret scilicet pro suo populo: ex quo magnam concepit fiduciam de eius salute.

HAEC obsecratio (teste S. Thoma) similis est ei, quam adiurationem per res sacras appellamus: vt cum siue à Deo siue ab hominibus re aliquam petentes, aliquod sacrum adiungimus quo mouentur & compellantur, (eo modo quo Deus compelli potest) vt eam nobis concedat, anxia (vt ait S. Bernardus) ad Deum instantia adhibita ad impetrandum, induentes nos tanquam sacco quodam sacro variorum nominum & rationum, quæ sint potentes ad ipsummet Deum permouendum, quasi fingere-

gere.

geremus, eum non propendere ad nobis cōcedendum, quod petimus; vellemus tamen eundem ad id allicere, & attrahere. Quare non decet carnis & sanguinis titulos aut prophanas huius mundi rationes ad id adducere. Meritū enim tunc responderet nobis, quod filijs Zebedæi: *c Nescitis quid petatis*, si titulo propinquitatis illud petitis: Omnes ergo rationes sanctæ, & tituli sacri esse debent. Sed quoniam ex parte nostra nihil, nisi miseriae habemus, mendicandæ sunt rationes & tituli, ex parte ipsius Dei, & Christi Seruatoris nostri, sanctorūq; eius, simul inferentes eas, quæ sunt ex parte miseriæ nostræ ad prouocandam misericordiam diuinam.

§. 4.

Tituli & causa adducenda ex parte Dei.

PRVIMVM ex parte Dei D. N. duodecim tituli adduci possunt, quos diuina Scriptura usurpat, qui tamen omnes ferè ad vnum illum maximè præcipuum reducuntur, quem Daniel allegauit, dicens: *a Exaudi Deus a Dan 9. 17. orationem serui tui, & preces eius, propter temetipsum.*

QUIA videlicet tu talis es: quia ad tuam id magnitudinem & maiestatem spectat, & ad honorem gloriamque tuam: vt liberalitatis ac misericordiæ tuæ immensitatem mundo manifestes; & propter veritatem ac fidelitatē, quam

X SPIRITUS
PONTE

- quam seruis in adimplendis tuis promissis.
- b Psal. 73. 22. *b Exurge Deus (ait David) iudica causam meam; et inuere me; quia talis es. Et quamuis causa quidem sit mea ex eo quod de meo commodo agatur; multo tamen magis est tua: quia te ei subueniente, tua erit gloria. c propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Quod enim peccata mea grauiora sunt, eo maior nomini tuo accedet gloria, si ea dimiseris. d Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
- e Psal. 24. 11. *erit gloria. c propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum est enim. Quod enim peccata mea grauiora sunt, eo maior nomini tuo accedet gloria, si ea dimiseris. d Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
- d Psal. 78. 9. *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
3. *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
4. *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
- e Exod. 32. 12. *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
5. *Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos. e Propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum, ne forte dicant in gentibus ubi est Deus eorum? Et ene (vt Moyses dixit) dicant Aegyptij: calli de eduxit eos, vt interficeret in montibus. & deleret de terra. f Propugna Deus honorem tuum, & siquidem semel eruisti me a peccato & inferno; ne patiaris, me in hoc abyssu perire.*
- f Iere. 14. 21. *Non est gloria tua, quod hostes nostri, de nobis triumphent, qui tui subditi sumus. f Ne des (ait Ieremias) nos in opprobrium, propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam scilicet gloria tua, quam habes in nobis, recordare, ne irritum facias foedus tuum nobiscum: ad nobis scilicet subueniendum, quando angustijs premitur. Verbum tuum est Domine, quod g prope sis omnibus te invocantibus in veritate. h honori tibi erit, hoc verbum implere: & siquidem ego ex corde te inuoco, audi Domine, clamorem meum, tu ipse dixisti: h inuocame*
- g Psal. 144. 18. *prope sis omnibus te invocantibus in veritate. h honori tibi erit, hoc verbum implere: & siquidem ego ex corde te inuoco, audi Domine, clamorem meum, tu ipse dixisti: h inuocame*
- h Psal. 49. 35. *inuocame*

die tribulationis, eruam te, & honorificabis me:
cum itaque ego facio, quod iubes, te innocan-
s fac tu etiam quod promittis, me liberan-
do: ut & ego faciam, quod debeo, te glorifican-
do. Ne permittas me fieri timidum ad inuocā-
dum Sanctum tuum nomen, si videro, me cla-
mantē ad te non exaudiri. *i Ne patiaris* (ait
Elther) *claudi ora laudantiū te, atque extingui
gloriam templi & altaris tui.* Ego alium Deū nō
habeo, nisi te; nec ad aliud sanctuarium recur-
ram, nisi ad tuū: quia tu ipse conquereris de ijs
qui k eūt ad consulendum Beelzebub, & falsos
Deos, & *Itē non consulunt nec os tuū interro-
gant de rebus tuis.* siquidē ergo ad tuum acce-
do conspectū, ut de meis rebus os tuum interro-
gem, ne meam despicias orationem.

Tu es pater meus, Creator meus, Rex, Me-
dicus, & Protector meus: *ō Pater mi,* mon-
stra te esse patrem meum; quamuis indignuse-
go sim filius tuus, *ō Creator mi,* perfice opus
manuum tuarum, siquidem tua opera sunt per-
fecta. *O Rex omnipotens,* dita me tuis donis,
ut omnes videant tuam magnam potentiam.
O medice peritissime, sana meas infirmita-
tes, ut appareat tua infinita sapientia. *O Pro-
tector vigilantissime,* accipe me sub alas
tuas, ad confusionem & terrorem tuorum i-
nimicorum. Tu Domine, gloriaris de miseri-
cordia, super omnia opera, quæ a te procedūt:
en hominē miseris plenum, in quo licebit in-
finitas misericordias tuas cōmodē exercere. *m*

Conuertere, Domine. (ait Dauid) *& eripe animā* *m Psal. 6. 6.*

m 6. 6.

7.

i Esth. 4. 9

8.

4. Reg. 1. 36

1. Sa. 30. 1.

9.

10.

X SPIRITUS
IN PONTE

meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

II.

a Psal. 142. 1.

o Thef. 4. 3

12.

QVOD si gloriaris multum de tua iustitia in auribus percipe obsecrationem meam, in misericordie tuae, exaudi me in tua iustitia. Ad tuam enim iustitiam pertinet, implere quod promittis, & efficere me iustum, non quod ego sum promeritus; sed quod tua bonitas, ad faciendum inclinet. Si o tua voluntas est facta est sanctificatio mea, egoque desidero sanctus esse idque a te peto; imple Domine, voluntatem meam, siquidem in hoc implebis & tuam; tuam enim voluntas, est mea.

§. 5.

Tituli & causa ex parte Christi
D. N.

a Ioan. 14. 13
& c. 15. 16.
& c. 16. 23.

HIS prædictis similes esse possunt causas & rationes, ex parte Christi D. N. adducendæ, quas ipsemet ad unam videtur reuocasse, cum dixit: a Quodcumque petieritis Patrem, in nomine meo, hoc faciam. sublimitatem scilicet eius incarnationis, & sanctitatem virtutesque excellentissimas, quæ in ipso sunt; ob infinita merita vitæ eius, passionis, ac mortis, quorum nos fecit heredes; præmium illis debitum, in nobis reddendum; ob gloriam sanctissimi eius nominis, quod ob excellenti sua iustitia fuit promeritus, ut, quæ æterni sui Patris gloriam semper quæsiuerunt, ac denique ob eius verbum, quod habemus

nos fore exaudiendos, cum in eius nomine aliquid petierimus. Ex quibus, duodecim alios titulos deducere licet, in hunc modum.

1. O pater aterne, b iustos q̄ *prædestinasti cō-*
formes fieri imaginis filij tui, vt esset ipse *primo*
genitus in multis fratribus: per eius sanctita-
tem peto, exaudiri meam orationem: vt sic ei
conformis efficiar, habeatq̄ue ipse fratrem
præterea vnum in quo glorificetur.

I.
b Rom. 8. 29.

2. ATTENDE, ipsum infinitè plura esse pro-
meritum, quam hæctenus acceperit; redde pro-
meritum eius meritis in me, largiendo id mihi,
quod ob illa peto.

2.

3. Si audis voluntatem seruorum timentium
te, quanto magis audies voluntatem filij tibi
infinitè placentis.

3.

4. IMPLERE Domine desiderium meum: quia
sic eius desiderium implebis; siquidem ego
peto, quod ipse vult, me petere; verba, quæ
iussit me dicere, ea ego profero: ne ea tanquã
mea audias, quamuis ore meo proferantur, sed
tanquam ipsius.

4.

c Matth. 6. 9

5. IDEOQUE largire mihi, quod illis peto.
d *Gratias egit ille tibi, quoniam audisti eum,*
& quod semper illum audires. Et siquidem
nuncipsemet petit in me, & pro me; si illum
in me audies, gratias etiam aget pro eo, quod
mihi concesseris. Ille *e orauit pro me* in nocte
sue passionis; & quod ipse tunc petijt, ego
nunc peto. quandoquidem ergo eius oratio-
nem exaudisti, exaudi nunc & meam, quæ eadẽ
est cum illa.

5.

d Ioan. 11. 41.

e Ioan. 17. 20

X SPIRITUS
SANTUS
DE PONTE

6.
f Phil. 2. 10.

Eo quod ille *vsque ad mortem crucis se humiliauerit* vis in eius nomine omne genus omnibusque esse honori; honora nunc nomen, largiendo mihi, quod per idem nomen peto.

f Ioan. 5. 13
& e. 15. 16.

7.

AD bonitatem & gloriam tuam spectantem filij tui promissa implere, qui dixit: *g quae que petieritis patrem in nomine meo. dabit vobis vt glorificetur Pater in filio*, & filius propter patrem. Quod princeps aliquis petens famulum suum, & quae bene expeditur, atque per se ipsum petisset: famulus enim non proprio nomine, sed sui Domini, cuius petendum est, datur potius quam famulo. supreme Pater, in nomine coelestis patris filij tui, hanc petitionem instituo: si annuisti illi, quod ego peto, concedis. Ego enim sum nisi eius famulus, qui quamuis per me nihil promerear: at propter eum, & in eo meum exaudiri.

h Psal. 83. 10.

8.

h Protector noster, aspice Deus & respice faciem Christi tui priusquam in meam. Similiter ergo te respiciente in diuinam eius faciem, placuerunt tibi eius orationes & opera: aspiciente etiam simul meam cum eius facie per eam, quae tibi placeant, & mea opera suis operibus coniuncta.

9.

f Rom. 8. 32.

CUM in proprium filium nobis dedisti. etiam cum illa nobis donasti: Ipse enim est omnipotens, qui & ius in omnia habet: da mihi quae

nunc peto, siquidem vnum est eorum, quæ i-
plius sunt.

O MVNDI Saluator, propugna tuæ re-
demptionis, tuorumque meritorum hono-
reni. attende gloriæ nominis tui, tuorumque
promissorum veritati, memento: quod sis etiã
noster aduocatus apud Patrem: ostende ei vul-
nerum signa, quæ in sacratissimo tuo corpore
notata reseruas, quod mea oratio exaudiatur, si-
quidem in tuo nomine & verbo tuo innixus,
eam offero.

10.

k *Tu es caput meum, & ego mystici tui cor-
poris membrum: Tu vitis, ego palme. & si-
quidem tu in me manes, & ego in te,* propter
hanc vniõnem, tu pete pro me; &, qua meum
es caput, influe in me virtutem orandi, neq; e-
nim repulsam patietur oratio, quæ tibi erit
coniuncta.

11.

k Colof. 1. 18
1 Ioan. 15. 5.

O summe Sacerdos, qui oras & sacrificia of-
fers pro toto populo, & pro singulis fidelibus,
ora & pro me, & ad ita orandum me impelle,
vt oratio mea audiatur, & feliciter expedia-
tur. Amen.

12.

Hi sunt præcipui tituli, & motiua, quibus
nostrã orationem comitari possumus, vt nos ad
fiduciam habendã excitemur; Deus verò D. N.
ad miserã cordiam exhibendam permoueatur.
Quæ eadẽ motiua adduci possunt apud Christũ
D. N. ad quẽ etiã licet, & consueuimus nostras
orationes dirigere: qui etiam dixit: *in si*
quid petieritis me, in nomine meo, hoc faciam.

m Ico. 14. 14

P 2

Et, vt

X SPIRITUS
PONTE

Præf. iij
Plal. 85.

Et, ut ait S. Aug. Christus D. N. orat pro nobis
qua sacerdos est; orat verò in nobis Deus est;
rat verò in nobis, qua est caput nost. um.
rogatur à nobis, qua D E V S est; & nos
ramus per ipsum, in ipso, & ipsum, & cum
facimus orationem nostram, & ille nobiscum
qui etiam, qua noster Magister est, nos docet
orare; verbaque suggerit, quibus petere debemus:
& hæc omnia simul coniuncta, sunt tituli & motiva
magnæ confidentiæ, quod nos audiemur. Idem enim dixit sanctus Ioannes
in hac est fiducia, quam habemus quod audiamus
nos quoniam ab eo habemus petitiones, quas postulamus.

1. Ioan. 5. 15.

S. 4.

Tituli ex parte Sanctorum desumendi.

ALIOS sacros titulos adhibere possumus apud Deum, ex parte sanctorum celestium: proferendo scilicet hereticam illorum sanctitatem, seruitiamque precum, & insignia merita, ac desideria, quæ habuerunt, ipsum Deum in hac vita honorandi, quod ipsemet habet, eo solum vicissim exaltandi; ut pateat mundo, quanti ipse illos faciat, quodnam illis munus commiserit; proinde intercedendi: ac denique, quod gratum sit nostras orationes, ad se dirigi, & ante diuinum suum thronum, per illos offerri. Et ita Moyses, Elias, Daniel & alij antiqui Patres confiterentur.

runt in suis orationibus meminisse a *Abraham*,
Isaac, & *Iacob*, tanquam aduocatos apud Deū.

Exod. 32. 13.
 Deut. 9. 27.

In noua autem lege, adhibere debemus tan-
 quam aduocatos nostros, Apostolos & Euan-
 gelistas, & insignes alios sanctos significatos
 per *b. viginti quatuor Seniores*, habentes in ma-
 nibus suis *phialas aureas*, plenas odoramento-
 rum, *qua sunt orationes sanctorum* quas Deo
 offerebant. Confert autem hoc plurimum,
 ad hoc vt illæ exaudiantur, ob duplicem cau-
 sam.

b Apoc. 5. 8

PRIMA est, quod sic humilitatem magis
 exerceamus, dum nos agnoscimus indignos,
 qui oremus, & ingrediamur ad conspectum
 Maiestatis Dei, nisi sub talium aduocatorum
 patrocinio: Sicut placuit plurimum ipsi Chri-
 sto Domino, humilitas Centurionis dicentis:
non sum dignus, vt sub tectum meum intres,
propter quod & meipsum non sum dignum ar-
tratus, vt venirem ad te; sed miserat ad eum
seniores qui rogarent ac intercederēt, vt obti-
nere possēt, quod optabat.

c Luc. 7. 7.

ALTERA causa est: quia sic magis crescit
 confidentia, & fiducia obtinendi, quod peti-
 mus: siquidem non solum petimus, sed multi a-
 lij idem nobiscum petunt. Et ipsemet Deus,
 cum nostras orationes audire desiderat, inspi-
 rat nobis, vt tales intercessores adhibeamus:
 sicut fecit, cum vellet amicis Iob beneface-
 re, misit enim illos ad ipsum Iob, dicens: *d*
Iob seruum meum orabit pro vobis, faciem eius su-
spiciam. Contra verò, cum decreuit seueritate

d Iob. 42. 8.

X SPIRITUS
 IN PONTE

suæ iustitiæ contra rebelles uti, nec con-
 dere, quod petitur, protestatur, magna ad-
 hibita exaggeratione, se id non facturum es-
 se iam si Sancti magni intercedant. Ita dicitur
 e Ierem. 15. 1. *remix: e Sistererit Moyses, & Samuel
 ram me, non est anima mea ad populum istum
 quasi diceret: etiamsi illi pro hoc populo
 orarent, non placabor. Et ipsimet Ieremia
 xit: f Tu noli orare pro populo hoc, nec facere
 pro eis laudem & orationem, & non obsecra-
 mibi: quia non exaudiam te. Qua ratio-
 nis manifestat Deus, quanti faciat Sancto-
 rum intercessionem, quantumque vim
 faciant eorum orationes: siquidem eos pro-
 uenit, ne ipsius dispositiones & ordinationes
 orationibus suis impediant.*

Psal. 4. 4.

Iuxta hoc ergo loquemur cum Deo
 Domino nostro nunc hos titulos adducemus
 ac dicentes. O Sancte sanctorum, honora
 exalta illos, tribuendo mihi, quod per illos
 te peto: in tuum enim cedit honorem, quod
 illos habes seruos, qui suis orationibus vim
 quasi inferant in gloriam, cedit sancti illius
 nominis efficacitas, quam habent Sancti
 te, cum pro nobis intercedunt. Quia id totum
 prouenit à Sanctitate, quam tu illis es largi-
 tus: glorifica illos in me, audiens Orationem
 quam per illos tibi offero. Si tantis fauoribus
 Hebræum populum es persecutus, propter
 Patriarchas & prophetas; maioribus
 adhuc prosequeris Christianum, ob Apostolos
 & martyres. Profero ergo tibi illorum orationes.

quia, loco eorum, quæ mihi defunt, quo meam
 exaudias Orationem, & valeam ego ita serui-
 retibi, sicut illi seruiertunt.

INTERDUM orationes dirigemus ad ip-
 sosmet Sanctos, vt ipsi recipiant in se nostra ne-
 gotia, tanquam sua propria, apud Deum solici-
 tarios. O felices Sancti, estote, memores of-
 ficij vobis cõmissi, quo nostri aduocati estis cõ-
 stituti, illudq; sollicitè pro nobis explete. Cum
 vos in hoc mûdo degeretis, optabatis, Sanctos,
 qui vos ad Cælum præcesserant, vestræ causæ a-
 pud Deum patrocinari: nunc ergo, cû iam illis in
 Cælo coniuncti sitis, intercedite pro ijs, qui ad-
 hæc versamur in hoc mundo eodèq; tenemur
 desiderio. Cû essetis in hac valle lacrymarum,
 propriaq; necessitate vrgeremini, pro salute
 vestra orare, dilatabat se Charitas vestra, ad o-
 randu etiã pro aliorum necessitate: nûc aut estis
 in Paradyso voluptatis, nullã patietes propria
 necessitatẽ; certum est ergo, vos, p ijs, qui illã pa-
 titur oraturos; sperate, vt nostrã beatitudinẽ
 impetretis, vt eõ citius vestra cõpleatur. Bonus
 inquit S. Bern.) mediator erit, qui nihil pro se
 petit: quia nihil p̄ se deest; cuius proinde totus
 affectus transit ad orandũ pro altero, qui magna
 necessitate premitur, & in magno periculo ver-
 satur. Quod si quid Sanctis deest, gloria. s. cor-
 porũ, hoc ipsũ illos incitabit magis ad orandũ
 pro nobis, quia nõ prius corporis gloriã cõse-
 quentur, nec sine nobis (vt ait Apost.) cõsum-
 vantur. Et (vt ait Dauid.) in cælo h nos exp̄ctã-
 uisti: donec retribuatur nobis præmiũ. s. cû illis.

Serm. 2. de
 V. flore &
 ser. in Vigi-
 lia SS. Petri
 & Pauli.

2 Hebr. 11. 40
 4 Psal. 141. 5.
 & eccl. 6. 11.

X SPIRITUS
 PONTE

EOSDEM titulos, & quidem in gradu eminentiori, licebit adferre ex parte Virginitatis sanctissimæ Dominæ nostræ, eò quod in illa sine comparatione illi excellant: quibus etiam licebit addere titulos alios, quod scilicet Mater sit Dei, Cœli Regina, Mater, & Aduocata hominum; & filij sui in negotio salutis nostræ cooperatrix: propterea enim, illa tanquam instrumento vsus est ad primam iustificationem & sanctificationem, quam effectus ipse in hac vita mortali, in domo scilicet charitatis, cum præcursores suos Ioannem Baptistam sanctificauit; Matremque eius Spiritu S. repleuit; & eius oratione permotus, præcepit miraculum, couertendo aquam in uinum; & ob eiusdem orationem, misit suis Apostolis Spiritum S. ut apud omnes constaret, quanta efficacitatis esset apud ipsum, huius Virginitatis oratio; & quanta cura ac sollicitudine suscipiat ipsa nostræ necessitatis remedium. Præsertim uero, cum Christus Dominus noster, in cruce pendens, nihil aliud commendauerit, quam ut nostra esset mater, nosque filiorum loco haberet. Et una inter alias causas, cur illam etiam corpore glorificatam in cœlo habeat, ea est, ut pro nobis intercedat, ostendens illi pectus suum, quod ipse luxit; sicut idem filius apud Patrem facit officium Aduocati, ostendens sua vulnera; ne ea intercessio repellatur, cui tantæ charitatis insignia coniunguntur.

DENIQUE colloquens cum Christo D. N. omnes excellentissimos respectus in eo agnoscere debes, qui esse possunt in optimo filio, qui fuerit vnquam, aut esse possit, erga optimā Matrem, quę est aut vnquam futura sit in mūdo. Et similiter colloquens cum ipsa beatissima Virgine, inueniēs in ea nobilissimos respectus excellentissimę cuiusdam Matris; tā in agnoscendis tuis necessitatibus, & earum remedio desiderando; quā in sollicitudine illud procurandi, & potentia ad impetrandū. Ut enim ait S. Augustinus: quod illa sanctior est eō est sollicitior; & quod a filio magis diligitur; eō potentior ipsa est remedium nostrum impetrandum: modō tamen studeamus & nos, nobiles filiorum respectus induere, quos erga talem matrem habere par est, vt liceat nobis confidenter dicere versum illum Ecclesię. *Monstrate esse matrem, sumat per te preces qui pro nobis natus, tulit esse tuus.* Cū itaque oras, cogita, te ascendere in cœlum, ibique videre Christum D. N. in immensę maiestatis Throno sedentem, & prope eum, ipsius matrem in altero, cui filius dicat illa verba, quę Salomon Bethsabeę matri suę dixit: *i. 3. Reg 2. 20* *mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam, negando tibi quod petieris.* Hac itaque confidentia loquere, nunc cum Matre, dicens: O mater pijsima, vtere hac opportuna occasione, propone tuo filio meam necessitatem, eiusque pete remedium; obstringe illum verbo ipsius proprio; propone officium,

X SPIRITUS
PONTE

quod ipse tibi commisit; Supple verò tuis meritis, quod mei deest; & autoritate matris interposita, dicei pro me: fili, seruus tuus non habet vinum amoris & feruoris, quem desiderat; imple eius desiderium, vt experietur, quantum apud te mea valeat intercessio. Mox licebit, te ad ipsum filium conuerten, ac dicere: O verbum diuinum, accipe matris tuæ preces; & quod ego, per me non promereor; da mihi per eius merita; nec confundas eius faciem, quamuis mea sit confusio digna. Siquidem illa semper tuum vultum est venerata, ac propterea digna, vt eius vultum recrecs, & afficias lætitia. Matris tuæ gloria, etiam tua gloria est: est autem illi gloria, si à te exaudiatur, & quod ego impetor, & indignior qui exaudiatur; eò maior erit eius gloria, si propter eam exaudiatur ego.



CAPVT XV.

DE FIDUCIA IN DEVM,
 qua debet orationem comitari: & qua
 ratione inmitatur ei veritati, quod
 Deus sit iustus Iudex, amicus fidelis,
 liberalis in faciendis Eleemosynis:
 & Pater valde beneuolus, & qua
 ratione temporalia bona pe-
 tenda, & ab eo speran-
 da sint.



X dictis in proximis capi-
 tibus, facile intelligitur,
 orationem, ad volandum
 & perueniendum in cœlū,
 & ad ingrediendum ante
 Thronum Dei, ac denique
 vt feliciter ea expediatur,
 duas alias habere debere. ALTERAM cog-
 nitionis nostrorum miseriarum, & diffidentia
 de nobis ipsis; ALTERAM verò cognitioni
 misericordiarum diuinarum, cum profunda
 reuerentia, & in Deum fiducia. vtrauis aptem
 uarum aliarum deficiente, nō assequetur, quod
 petit. Quam obrem dixit S. Bernardus, esse a
 aliquam orationem timidam, aliam tepidā, aliā
 temerariam, alteram verò humilem, feruen-
 tem & confidentem. Timida non progredi-
 tur extra ipsum orantem, quia suffocatur in
 abyf-

Hugo de S.
 viēt. libello
 de orando
 Deo.

Serm. 4. de
 Quadrag.

X SPIRITUS
 PONTE

abyſſo deſperationis ex defectu fiducia. Ten
 di. eſi progreditur quidem, ſed in medio
 nere deficit, ex defectu feruoris & perſeueran
 tia. *Temeraria* ad ipſas quidem cœli porta
 peruenit, ſed ſtatim atque accedit, illi occi
 duntur, eò quod ſit præſumptuoſa: nec admi
 ritur, ob defectu humilitatis. Quod ſi humi
 tas & feruor fiducia cõiungatur, parebit ora
 tioni acceſſus ad tribunal Dei, & feliciter ex
 pedietur. Humilitas n. euacuat cor à propri
 Confidentia, par diffidentiam ſui, vt ingredia
 tur fiducia in Deum: feruor dat illi conſtan
 tiam ne deficiat, donec aſſequatur quod peti
 Hæc fiducia præcipuum eſt motiuum, & ſu
 crum orationis: nemo enim orat, niſi propo
 id, quod ſe conſecuturum ſperat, & (vt ait
 Thomas) quamuis meritum orationis inſita
 tur charitati: impetratio tamen præcipue in
 nititur fiducia mifericordiæ, & omnipotentis
 Dei: quia vult & poteſt noſtræ miferiæ ſubi
 dium adferre, & largiri quod petimus iuxta
 eas leges, quas ipſe nobis præſcripſit. Et quo
 niam hæc firmitas procedit à viuâ fide & cre
 dultate, qua Intellectus credit firmiter, quic
 quid Deus reuelauit, & circa hoc promiſit
 hinc eſt, quod interdum ea vocetur nomine ſp
 ſus fidei, quamuis reuera ſit actus virtutis
 ſpei, quæ eſt in voluntate; & etiam appellatur
 fiducia, quæ (teſte S. Thoma) eſt fundamentum
 magnanimitatis, & idem quod ipſa ſpes valde
 roborata; quæ facit vehementem ac firmam
 opinionem de aliquo bono aſſequendo. Hæc
 autem

autem fiducia deficiente, non consequetur oratio quod quærit. quod significauit sanctus Iacobus dicens: *a Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluentem, & non impropereat; postulet autem in fide, nihil habens, aut dubitans, se obtenturum quod secundum Deum petierit. qui enim habet, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & citò fertur in varias partes: qui propterea non recipiet, quod petit. Quomodo enim reciperet, si ipse non est firmus in spe accipiendi? & quomodo ita petat, vt recipere mereatur; si dubitet vel de omnipotentia, vel de misericordia eius, qui daturus est? Quod si tentationum ventis se permittit, deditque contra diuinorum promissorum firmitatem; quomodo expectetur illas impleri in se? Propterea suffocabitur eius oratio, in hoc mari diffidentia; nec dignus erit, qui ad diuinum conspectum admittatur.*

Nec mysterio vacare censendum est, quod hac similitudine S. Iacobus fuerit vsus. Innumeris n. fluctus internarum tentationum, & venti externarum, à quibus oppugnatur hæc fiducia: vt deficiat & qui non sit valde in ea radicatus, facile eam perdet. Magna confidentia *b Mat. 14. 28* habens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam maris, vt veniret ad Iesum, qui ei dixerat. Veni: videns verò Petrus ventum validum & amentes fluctus, timuit & cepit confidentiam amittere ac mergi, donec subuenit illi idem Christus, qui extendens manum, appropinquauit & ait: *heudis*

X SPIRITUS
PONTE

hendit eum, & ait illi modicè si let quare dubitasti? nisi enim dubitasses, non immergeretur. O quam est magna misericordia & infirmitas nostra; siquidè experientia tanti miraculi, quod ad mandatum Dñi Petrus ambulabat super aquas, non fuit satis; ne idem animū abijceret, cū attendit se in tanto periculo versari, taretq; adhuc magis; q; Moyses (vt S. Greg. annotauit) qui tot prius fecerat prodigia, titubauit circa confidentiam, cū populus ob aquæ penuriam conquereretur, & intormuraret, cū Moysi dixit Dominus: *Quia non credidisti mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israhel, & introduceretis hos populos in terrā, quā dabo vobis.* nec postea fuit exauditus, quando petebatur ingredi in terram Promissionis; sed cū eam illi ostendisset: *d vidisti, inquit, eam oculis tuis, & non transibis ad illam.* Pro aquæ exhibitione (inquit S. Dionys. diffidens; non potuit obedire, vt terram promissionis ingrederetur, nec sine causa Christus D. N. homini petenti eo, filij sui à Doemone obsessi, ac surdi & muti liberationem, dixit: *e si potes credere, omnia tibi possibili sunt credenti,* atque si diceret: non est facile eam fidem & fiduciam habere, quam tanta requirit. Sed illustratus ille homo eodem Domino, respondit, vt par erat: *Domine, adiuua incredulitatem meam, quā diceret, quantū quidem ego possum credo. quia verò ego non possum, suppleat gratia tua, quæ mouet me, incredulitatem & diffidentiam adhuc remanentē deponere, quò fide perfecta credi-*

e Num. 20. 12

d Deut. vii.
4.

e Marc. 9. 22.
35

SED quem non demulcet iucunda illa ac ge-
 nerosa Christi promissio: *omnia a possibilia sum-*
erent? Quicquid. n. & credere, & sperare
 genè à mea omnipotentia poterit, eius oratio
 omni dubio procul id obtinebit. Tantū. n. orā-
 tio impetrare potest, quā ū ego possum & vo- f Marc. ii. 23.
 lo facere. Et idem Dñs. f. *H. bete* (inquit) *fidem*
Dei. Amen dico vobis, quia quicumque dixerit,
huic monti: Tollere & mittere in mare, & non
hastauerit in corde suo, sed crediderit, quia
quodcūq; dixerit, fiat, fiet ei. Propterea dico vobis
omnia quacūque orantes petitis credite, quia
accipietis & euenient vobis. O ineffabilem di-
uinae misericordiae largitatem? ò immensam
diuinae omnipotentiae liberalitatem? Et quid
 hoc est aliud, liberalissime Dñe, nisi tuam om-
 nipotentiam communicare orationi, fiduciam
 habenti? Quid amplius promittere nobis po-
 teras, quam tuam omnipotentiam astringere,
 ad totum id exequendum, quod fiducialis pe-
 tet oratio? fit benedicta ad eò immensa libe-
 ralitas, quae in eo se prodere voluit, vt omni-
 potentia sua nos participes faceret: Quid est
 (ait S. Bernard) quod clarior reddat æteri-
 ni verbi omnipotentiam, quā q̄ in se sperantes fa-
 ciat omnipotentes? magna fides magna mere-
 tur: & quò amplius extenderis pedè confiden-
 tiae in bonis tui Dñi, eò plus impetrabis ab ei?
 misericordia: implebitur q̄; in te promissio illa
 Dei, qua dicit. *g omnis locus, quem calcauerit* g Deut. ii. 24
pes vester, vester erit. parua tua aut magna fi-
 ducia est, q̄ cōtrahit aut dilatat vas cordis tui,
 ad re-

X SPIRITUS
PONTE

ad recipiendum parum aut multum, ex fontem
 diuinę misericordię dilata cor tuum, & aperto
 magna que fiducia pete. Deus enim vas tuum
 ita implebit, vt nihil remaneat vacuum. Et
 tum (inquit Cassianus) impetrabis, quantum
 credideris te impetrare posse. Hac fide exor-
 nabat Christus Dominus noster infirmos,
 cuius mensuram ipse miracula faciebat, vt ap-
 paret in ijs, quę dixit duobus illis cęcis: *h*
secundum fidem vestram fiat vobis. Quod si
 mi credebant opus esse, vt iplos Christus
 manibus suis tangeret, quantumuis paruam
 eorum fidem reprehenderet, hoc tamen motu
 eos sanabat: si credebant se sanandos, in
umbra *vestimenti eius tangerent*, quotiens
tangebant, salui fiebant: Quod si credebant
 sufficere eius verbum, qualis fuit Centurio
 solo verbo illos sanabat. *¶ Vade* (inquit) *et*
ut credidisti, fiat tibi, et sanatus est puer in
hora. Huiusmodi autem fidem laudabit
 IESVS, sicut Centurionis fidem *miratus*
est: Non inuenit autem fidem in Israel. Quod
 si Cananę orationem audire distulit; et
 que varijs modis repellendo exercuit; id
 vt fidei suę firmitatem magis illa manifestaret
 perseverans, nec desistens ab eo, quod petebat
 & impetrare se posse sperabat; cui sic peten-
 tieranti dixit IESVS: *¶ O mulier magna*
fides tua fiat tibi sicut vis. Magna procul
 dubio fides illa est, quę talibus ventis fluctibus
 non perturbatur, nec tot tempestatibus im-
 mergitur, sed pręualet firma, constanterque
 peti-

h Mat. 9. 29.

i Marc. 9. 59.

¶ Mat. 8. 13.

¶ Mat. 15. 28.

perleuerat, donec obtineat, quod optat. O Re-
 demptor dulcissime, donum tuum est hæc fi-
 des & liberalitas, tua hæc fiducia; sicut & i-
 nst Oratio, ad quem illa dirigitur: Et cum vis
 largiri quod à te petitur, hanc fiduciam peren-
 di præmittis, quæ eum ad petendum & accipi-
 endum disponas. Da mihi pretiosum hoc do-
 num, & m *adauge mihi fidem*. sicut tuis Aposto- m Lucæ 17. 5
 lis quo mea Oratio, adeo sit feruens, vt per e-
 am merear copiosam tuam misericordiam ob-
 tinere. Amen.

§. I.

De primo modo fiducia in Deum.

Veniamus nunc ad solida illa fundamen-
 ta explicanda, quæ habemus ad hanc fi-
 duciam in Deum excitandam, quæ exau-
 diet nostras Orationes. Ea aut fundameta, siue
 causas, varijs parabolis & rationibus Christus
 D.N. exposuit in suo Euangelio. Nam primum
 cupiens ipse (vt ait S. Lucas) nobis persua-
 dere, n *quoniam oportet semper orare; & non* a Luc. 18. 1.
desicere in oratione, amissa videlicet fiducia,
feruore, & constantia in ea, proposuit parabo-
lam de Iudice, qui Deum non timebat, & homi-
nem non reuerbatur. vidua autem quedam ve-
nabat ad eum dicens: Vindica me de aduersario
meo. Iudex autem non volebat per multum tem-
pus, quia tamen vidua, in sua petitione diu per-
seuerante, dixit Iudex intra se; etsi Deum non
timeo, nec hominem reuerbor, tamen quia mole-
sta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in no-
 uissimo

X SPIRITUS
 PONTE

uisimo veniens fugillet me. Quod si hoc dicitur
Iudex hic inquit a. is. Deus non faciet vultum
 etiam electorum suorum, clamantium ad se
 ac nocte? O altitudo misericordie di-
 nae, quae cum tali Iudice voluerit se com-
 re, vt nobis efficacius persuaderet, ne ab-
 rando desisteremus. Satis (inquit S. Chry-
 stomus) fuisset, quod Christus Dominus
 ster cum bono aliquo, miti, & affabili Iudice
 se conferret, ac diceret: Si talis Iudex, vultum
 petitionis rationem habuit: quanto magis
 premus ille Dominus, qui est infinita boni-
 tis, mansuetudinis, & affabilitatis, petitiones
 vestras exaudiet? fuissetq; sufficiens hoc argu-
 mentum, ad quemcunq; prudentem hominem
 conuincendam. Sed vltterius progressa est
 ius Domini charitas, cum vsus est comparatione
 ne cum iniusto, crudeli, impio, valdeque ter-
 ribili Iudice; qui tandem placatur, & ad
 portunas preces, in alium commutatur,
 preces inquam, non hominum potentium
 magnatum, sed pauperis cuiusdam viduae
 desertae: vt omnes intelligant, quantum
 vim habeat deprecatio, quae apud iniquum
 dicem tantum efficit: quantum nec timor
 Dei, nec hominum respectus efficere potest
 eiusque impium & crudele cor emolliunt
 reddidit misericors, ob id saltem, vt propria
 molestia & pudore effugeret. Quod si tantum
 test oratio, apud impios & crudeles, quanto
 pli^o obtinebit apud Deum, quae est ipsa misericordia
 & charitas: & cui graue non est, quod sepi^o rogetur
 sed ne

Lib. 2. de O-
 rando Deū.

sed potius ea re delectatur; nec orantē odit, sed
 amā potius, & tanquā electū habet; aut certe
 invidia cupit illum amicum sibi facere.

COGITA ergō, mi frater, animam tuam
 esse pauperem quandam viduam, quę opprimi-
 tur à suis inimicis, Dæmone, Mundo, & Car-
 ne; & quę nullam in hac vita protectionē ha-
 bet. Omnes enim huius terrę protectores, ipsi
 sunt mortui, nec potest ad Deum, tanquam ac-
 cessionem suam accedere, eò quod propria re-
 pugnitas generosam ad eò fiduciam excludat.
 Quare instar viduę alicuius, recurrere debet
 ad Deum tanquam ad iustissimum Iudicem, pe-
 tens ab eo auxilium, fiducia maxima illud ob-
 tinendi neq; enim ignorat ipse iniurias, quas
 à tuis hostibus pateris: quia sapientissimus est.
 nec potestas illi deest, ad subueniendum: quia
 est Omnipotens: nec voluntas, qua id facere
 velit: quia est sanctissimus, & præterea illi in-
 teruenit ex officio supremi Iudicis, huiusmodi
 iniurias vindicare; ac denique plus ipse deside-
 rat, te ab illis liberare, quum tu ipse desideres.
 Cur ergo dubites? cur contraharis? accede
 cum securitate, amplectere profun-
 dum illud Dauidis consilium, dicentis: *o Re-*
fer Domine viam tuam, & spera in eo & i-
psæ faciet: & educet quasi lumen iustitiam tu-
am, & iudicium tuum tanquam meridiem. Atq; si
 distinctius diceret. Refer Domino totius tua-
 rum discursum & progressum, iniurias quas ex
 malitia tuorum hostium sustines, rebellionem
 tuę carnis, passionum tuarum tyrānidem, per-

psal. 36. 5.

X SPIRITUS
PONTE

niciosam cogitationum tuarum libertatem
lumnias hominum, ac Dæmonum vexat
nes; quæ dum retuleris, spera in Deo,
ipse faciet. sed quid faciet? quod nimirum
tu petis, ac desideras; efficiet inquam,
hostes tui sese tibi dedant; iustitiam faciet
uersus eos; & , vt tua, quæ oppressa
resplendeat, & prodeat in lucem. Efficiet
Virtus tua oriatur tanquam lux matutina,

p Prou. 4. 18.
q Eph. 3. 20.

p procedat & crescat vsq; ad perfectam dit
faciet q(vt ait Apostolus) super abundant
quam petere possis , aut intelligere. Nequ
nim parcus erit ob ignorantiam, aut impo
tiam, aut malitiam, aut indignationem.
Iudex sanctissime, tam misericors, quam
& tam potens, quam misericors, magnâ fi
ciâ ad tuum tribunal accedo, supplicans, vt

r Psal. 142. 1.

tendas Orationi meæ, & r *Exaudi me in
Iustitia:* quam scilicet in teipso habes. Tu
nim es ipsamet Iustitia: cupisq; omnia
eam exhibere, qui ad tuum accedunt tribu
& ab iniurijs eos eruere, quibus opprimuntur.

s Psal. 21. 9

Hic *Deus meus, clamabo,* & contendam *pe
em,* quod si non exaudies, id non facies iniuri
nec in damnum meum sed iustissimè, & non
insipientiam; sed ad utilitatem mihi; nec
mea contentio erit molesta, sed grauissimè
delectaris enim, si coner & impot
nus sim, quò efficiar dignus, qui
consequar quod
peto.

§. 2.

De secundo modo fiducia.

SED quoniam nomen Iudicis, timorem, a-
 liquem incutit, quo fiducia debilitatur, &
 quodammodo cōtrahitur, audi aliam pa-
 rabolam, qua Christus Dominus noster cuidā
 amico se similem facit; quod nomen, tenerita-
 tem quandam maiorem indicat. a *Quis ve-*
rum (inquit) *habebit amicum, & ibit ad il-*
lum media nocte, & dicet illi: amice commoda
mibi tres panes, quoniam amicus meus venit de
via ad me, & non habeo quod ponam ante illum:
& ille deintus respondens dicat: noli mihi mole-
stus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei
meum sunt in cubili; non possum surgere, & da-
re tibi: & si ille perseverauerit, pulsans, dico vo-
bis, et si non dabit illi surgens, eo quod amicus eius
est, propter improbitatem tamen eius surget, &
dabit illi quot quot habet necessarios. Et ego dico
vobis: petite, & dabitur vobis; querite, & inue-
nietis; pulsate, & aperietur nobis: omnis enim,
qui petit, accipit, & qui querit, inuenit; & pul-
santi aperietur. O immensa liberalitas eius qui
 eminenter est verus animarum nostrarum a-
 micus? nec scio vtrum magis admiror, libera-
 litatemne, qua promittit daturum se nobis,
 quicquid petierimus; an illam curam, & soli-
 tudinem, qua nobis conatur persuadere, vt
 importunè & instanter ab eo petamus; securos
 nos faciens, sibi non fore graue, etiam si valde

a Luc. 11. 5.

X SPIRITUS
 PONTE

Q 3

simus

Serm. 39.

simus importuni. Expendit hoc mirum in
 dum S. Petrus Chrysologus, his verbis.
 quam dare vult, qui se inquietari taliter, et
 ter patitur suscitari? O quam necessitate
 suæ, quod suæ potestatis est, vult videri.
 quam pulsanti iste gestiuit occurrere, qui
 secreti sui cubile ipsum collocavit ad rati-
 O quæ negare noluit, qui sibi etiã negãti, qui
 ter extorqueretur, ostēdit? O quæ non ad
 nuã tantum Dominus, sed ipsa Ianua Dom-
 fuit. **b Ego sum** inquit **Ianua**: Qui, dormiens
 seruis, pulsantis necessitatem solus & primus
 audiuit: idemq; solus surgit, vt necessitas
 ueniat. Hæc omnia indicia sunt manifesta
 premũ D. N. Deum, plurimũ oblectari, quod
 mus illi importuni nostris Orationibus, et
 gna confidentia plenis. Si enim amicus alius
 in hoc mundo, tantam habet in amico
 duciam, vt media nocte ad eius domum
 dere, & eum à somno excitare audeat, vt
 quod sibi est necessarium; idq; non semel
 sapius & pertinaciter: quanto maiorem
 est habere fiduciam accedendi ad Deum,
 quæ nullum est tempus, intempestiuũ quia
 quam dormit; nulla importunitas molestiam
 affert, quia potius delectatur, q̄ omnes
 petãt? q̄ si importunæ preces tantũ valẽt, vt
 amico, ob solã importunitatẽ impetrẽt, q̄
 ob amicitia non impetrassent, quanto magis
 apud Deũ valẽbũt, q̄ eo maximẽ delectatur.
 eius amici in perẽdo sint importuni: vt habet
 occasionẽ illos ditãdi? Quod si ille titulus

b Ioan. 10. 8.

ligat

igitio, pascendi amicum tuum, ad te accedentem, ut hospitio excipiat, cogit te mendicare panes, quos non habes: & accedere ad alterius amici domum, illos fortè habentis: quãto e- rit equius, recurrere instar importuni mēdici, ad portas ipsius Dei, ut animæ tuæ petas alimē- ta. Hæc anima (ait S. Augustinus) est amicus, qui venit ad te de nocte, ut in domo tua hospitetur, & petat à te cibum sibi dari.

Toto enim tempore, quo illa lethali peccato est foedata, extra se ambulat, & in tenebris, vaga per creaturas: Sed, cum à Deo inspirata, conuerti desiderat, accedit ad domū tuā, tuū vult delictet cor, estq; necesse statim illā pascere: conficitur .n. fame, sicut fili' ille, p. digus. cuius propterea desiderio, nisi mox satisfacias, fame peribit. Quid itaq; facies, si non habeas, panem, quem illi porrigas, nisi ut ad Iesu Christi domum recurras, amicū piū peccatorum; & ad eius fores clamoribus Orationis pulses, petens accommdari tibi tres panes pœnitētiæ, tres videlicet eius partes, Contritionem, Cō- fessionem, & Satisfactionem; supplex petendo, ut tibi subsidio sit, ad debitum peccatorū dolo- rē, concipiendū, ad eorundem confessionem, ac pro eis satisfactionem; offerens illi p. optē, si eos tibi accommodauerit, te illos in multis seruitijs redditurū. Quod si supremus hic Re- dēptor, alieno quasi animo respōderit. q. Cana- nez: c. Non est bonum sumere panem filiorū, & mittere canibus. Tu non propterea confidentiā deponas, nec cesses clamare, peruincet enim

Sermo. 27.
Et s. Bernar-
dus Sermon. de
Rogationib.

c. Matt. 15. 26.

Q 4 tua

X SPIRITUS
IN PONTE

tua perseverantia quamcumque difficultatem
trahetque ipsum ad id, quod ipsum est valde
gratum; ad dandum scilicet tibi petitos panes
& virtutes reliquas ad salutem & periectionem
tuam necessarias. Quod si panes illos
tibi accommodaverit titulo amicitiae. Si forte
adhuc es in peccatis, dabit illos tamen ob
fidenciam, quam habes in eius misericordia
propter importunitatem, quam adhibes in
ad id trahenda. Quod si verè eius es amicus
pete etiam pro anima tua, tres illos panes
pra commemoratos: panem videlicet Sci-
entiae, ad ipsum vivacius cognoscendum; pa-
nem charitatis, ad eundem ferventius diligen-
dum; panem denique obedientiae, ad eius im-
portunitatem diligentius exequendam: & sic
ra, daturum tibi ipsum reliquos panes, quos
indigebis, ad famem tuam exsatiandam, tui
votis satisfaciendum. *Quamvis*. n. ita te De-
gerat, ut rogetur, non praetermittet tamè,
commiseratione permoueat, ob titulos
causas, quas pro te affers, amicitiae videlicet
quam te cum illo habere profiteris; necessi-
tatis, qua premeris; famis amici, qui ad te ven-
pudoris, quo afficeris, si famelicum eum
liqueris, curae & sollicitudinis, qua ad ip-
importune rogandum accedis; confidentiae, quae
pra te fers in tanta importunitate; & quod
tas, panes non tibi vendi, eo quod facultatem
non habeas ad emendos; nec donari tibi gratiam
sed comodari; quia hac ratione, tanquam pauperem
emendicas Eleemosynam Spiritualem, quae

cap. 29

S. Pomp. Ser.
de Rogatio-
nib.

non ad hoc petis; vt postea otiosus maneas, & tantum mendicatio viuas; sed vt labores cum eo, quod acceperis, in obsequio ipsius commodantis; reddasque pro donis acceptis bonum eorum vsum, quem ipse concesserit.

§. 3.

De tertio confidentia modo.

CONTINENT autem mysterium magnum tria illa verba, quæ dixit Christus D. N. PETITE, QVAERITE, & PVL-

Lib. 1. Re- tract. c. 13.

SATE: quæ teste S. Augustino idem omnino significant; repetitione tamen illa plurimum commendatur confidentia, diligentia, & perseverantia, qua nobis est orandum. sicut mendici confidenter elemosynam à diuitibus misericordibus occurrentibus petunt, & non occurrentes quærent; accedentes tēpla, quo illi solent conuenire; aut eorum domus, in quibus solent habitare: quod si fortē ianuas inueniant clausas, pulsantes perseverant, donec audiantur, & aperiatur illis. Quod si hæc faciunt mendici huius mundi, pro frusto panis, aut corporali alia Eleemosyna obtinenda; quæ tamen sæpē illis negatur, etiam post totum suum laborem & importunitatem: quanto æquius erit, te etiam petere, quærere, & pulsare ad portas Dei, vt spiritualem Eleemosynam, & quicquid ad necessitatis tuæ remedium est necessarium, obtineas. In hoc ergo fundatur tertius gradus confidentiæ in Deum; tanquam

Q 5

in ele-

X SPIRITUALIS
PONTE

a Ephes. 2. 4
Rom. 10. 17.
Pl. 9. 13. 19. 38
Plal. 68. 34.

in Eleemosynarium misericordem, & a deu
tem (vt Apostolus ait) in misericordia, in omni
qui inuocant illum. Ad quem in spiritu paup
ris accedes, cum Dauide innitendo amori, qu
ipse gerit erga pauperes; Magnæque prop
fioni, quam ostendit audiendi eorū desider
petitiones; gaudens à se peti Eleemosyna
quam vult liberaliter impartiri: nolque re
dit securos valdè asseueranter: quod om
qui petunt, sicut oportet, impetrabunt qu
petunt; & omnes, qui quærunt; inueniet
quod optant; omnes denique qui pulsant
admittentur: quia diuinæ misericordiz
res eis aperientur, vt ea gaudere possint.

Semper elec
mosynam ac
cipit, qui
benè orat.

PETE itaque viua fide, QVÆRE co
spe, & PVLSA feruenti charitate. Pete
nem obedientiæ, quære panem sapientiæ,
pulsata, vt panis tibi detur perfectæ amicit
nec desistas à petendo, querendo, & pulsando.
Quotiescunque enim hoc, vt oportet, fecer
certissimo recipies à Deo aliquam Eleemo
nam: & inuenies aliquid eius, quod desidera
Et verò minimum tria magna dona statim
præsenti recipies.

I.
c. 33. de orat.

PRIMUM (vt perpendit S. Nilus) est in
donum orationis: vult enim (ait) Deus. duc
te beneficio afficere in oratione persevera
tem: Quid enim excellentius, quam cum Deo
colloqui & vsu eiusdem detineri? Sicut tu
quãdo plurimum quæpiã diligis, si aliquid à
petat, fingis te esse oblitū, & sermonem cum
eo prolixiorē instituis, priusquam, quo
peti

petit, concedas. Quo etiam modo Ioseph fa-
cebat cum suis fratribus, ob tenerum amorē,
quo illos prosequabatur. Et quodnam maius
beneficium euenire tibi potest, quam colloqui
cum Deo, diutiusque morari, teneris ac bene-
uolis sermonibus cum eo conferendis? ne di-
xeris (ait S. Ioannes Climachus) cum perseue-
ras in oratione, nihil te accepisse, quia minus
videaris tibi non accipere, quod petis: accepi-
sti enim perseuerantiam in ipsa oratione,
quod maximum est donum. Siquidem maius
nullum est, quam spiritum cum Deo semper
coniunctum habere.

HINC prouenit secundum donum, quod
est meritum, & virtutum augmentum, quod
perseueranti tibi in orando & sperando da-
tur. Profundo (inquit S. Gregor.) & alto con-
silio, Deus D. N. clamantibus sanctis eius, vt li-
berentur à calamitatibus & angustijs, quibus
premuntur; differt eos exaudire, vt eorum me-
rita crescant: *Et eò magis (inquit) exaudiū-
tur ad m. v. n̄, quo citius i d̄ exaudiūtur ad votū.*
Quamobrē dixit Dauid. *e Deus meus, clamabo
per diem, & non exaudies; & nocte, & nec ex-
audies: sed non ad insipientiam mihi tribuetur,
si perseueraero in clamore: sic enim multum
proficio, faciens in tuo cōspectu quod debeo.*

TERTIVM donum est, quod ex
nunc teipsum præpares ac disponas, ad ac-
cipiendum suo tempore id, quod petis; idque
cum maiori fructu, quam si nunc tibi da-
retur. Sæpè enim (ait sanctus Isidorus)

differt

Gen. 42.

Grad. 28.

2.

Lib. 20 Mor.
c. 22. vide 5.
Mor. c. 4.

e Psal. 21. 3

3.

Lib. 3 de
summo bo
no c. 7

X SPIRITUS
PONTE

differt Deus tuas orationes exaudire, quod vel non satis dispositus sis, ad accipiendum quod petis, vel ut excellentiora quædam accipere possis, quæ ipse cupit tibi largiri. Ea siquidem dilatione efficit, ut tuum desiderium, seruo & perseverantia in oratione crescant, & ut desiderata, quæ tardius nascuntur, solent postea impetu maiori crescere: ita quo Deus tardius te exaudit, eò maiori bonorum copia te solent ditare. Et eveniet tibi (ait Gerson) quod mendico, quem divites diu expectare faciunt, antequam elemosynam accipiat, præcipue veni si in ea petenda, granem aliquem laborem sustinuit, ut multò liberalior & abundantior propterea ei detur.

§. 4.

De quarto modo fiducia.

NON fuit satis Christo D. N. adhibere comparationem amici, cuius amor, et quod de foris naturæ adveniat, non eò solet esse magnus, nec adeò constans; sed solidius nostram confidentiam fundandam, si illam adfert, Patris erga filios, comparationem iucundissimam, dicens; *a Quis ex vobis Patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ovum: nunquid porcum dabit illi? Si ergo vos, cum sitis magis, bonam materiam datis, quanto magis Pater vester, de caelo dabit spiritum bonum*

De mendicis
Spir. 4 p 1
Alphab. 75 F

a Luc 11. 11.
Matth 7. 9.

petro-

petentibus se? O Pater dulcissime, quomodo
 immensam tuam charitatem manifestas, indu-
 cens nos ad fiduciam in te collocandam, non
 solum exemplo bonorum parentum; sed etiam
 improborum siue tales illi sint ob malam
 propensionem, quam ex vtero contraxe-
 runt; siue ob malitiam, quam peruersa in-
 tentione priori defectui adiunxerunt. Satis fuis-
 set nobis dicere: si patres huius sæculi petiti-
 ones filiorum exaudiunt; multò magis te eas
 audieturum, qui es Pater cœlestis: sed, cum et-
 iam Patres improbos in medium adducas, dõ-
 cere me vis; quod cum illi peruersam suam
 propensionem vincant naturali amore, quem
 ad suos filios gerunt, vt liberaliter dent illis
 bona, quæ possident: tu sis liberalius daturus,
 quæ habes, cum sis Pater infinitè bonus; & ab
 infinita tua bonitate propensus ad communi-
 canda bona, quæ habes. Nec verò etiam es con-
 tentus adferre in medium parentes improbos;
 sed attulisti etiam indigenes & non habentes
 bona, nisi quæ recepissent: vt appareat, quod si
 illi ex paupertate sua, distribuunt partem aliquam
 filijs suis; & sibi ipsis oriq; suo eam subtrahunt,
 vt filijs impartiantur: multò magis tu, de pro-
 prijs tuis bonis sis illis daturus, cum sis infinitè
 diues & potens; nec dando ex illis, aliquid tibi
 decrescat: neque enim, etiam plurima dando,
 plus tibi subtrahis, quam si nihil omninò de-
 didisses. Et, si illi parentes etiam tales, nunquam
 filijs suis res inutiles dant, quales sunt lapides;
 nec noxias, quales serpentes & scorpiones: sed

dant

X SPIRITUS
PONTE

dant illis semper res conuenientes & utiles multò minus dabis tu illis; quod nocere possit, sed quicquid utile sit.

VERVM dic nobis, ò supreme Pater, quæ illa sunt, quæ filijs tuis petentibus, te daturus polliceris, vt sciamus, quid nobis, tanquam filijs talis patris, sperandum sit ac petendum.

Matth. 7. 9 *Dabit (inquit) bona & spiritum bonum petenti se.* Duo sunt genera honorum. Quædam enim solutè, & excellenter hoc nomen merentur, quod semper utilia sint, nec noxia esse possunt, qualia sunt spiritualia animæ bona, Gratia, Charitas, Virtutes, ac dona Spiritus S. cuius Spiritus bonus, à quo vera bona promanant, à quibus boni sumus, ac neminamur: Et hæc proprie sunt obiecta spei nostræ, propriaque nostræ petitionis materia, quæ absq; vlla conditione, peti possunt à cœlesti nostro patre. Talia enim bona sunt à tali patre petenda, quod Rex fit cœlestis, oblectatur, cum bonis cœlestia largitur, quæ vt è cœlo descendunt, ita nos ad idè cœlū deducūt. Et de his bonis intelligūtur præcipuè quæ ūq; hætenus diximus.

ALIA sunt bona, quæ & utilia esse possunt animæ, & etiam noxia, ob minus rectū eorum votū, qualis est salus, temporales facultates, honores, dignitates, & omnia bona corporalia, sicut etiam aliqua spiritus, quales sunt sciendi, & aliquæ gratiæ gratis datæ, imò & ipsæ consolationes, & spiritus deliciae. Et hæc ea tantum ratione spei & orationis nostræ obiectum & materia esse possunt, si ad salutē & perfectio-

nem nostram ea nos habere expediat. Magnæ
 esset imprudētia, determinatè petere, quod
 non constat mihi an panis, aut lapis; piscis, aut
 serpens; ouum. an scorpio; vtile an noxium,
 mihi sit futurū. Melius itaque est id ei com-
 mittere, qui optimè nouit, patri scilicet nostro
 esse lestr: qui vt ex charitate, qua nos prosequi-
 tur, liberaliter id concedit, quod nobis est vti-
 le. Ita beneuole denegat, quod sit nobis noci-
 turum, etiam si id instanter ab eo petamus. Nā
 talia concedere, quæ nobis sint nocitura, quid
 aliud esset quā filio petenti quod existimat
 esse panem, porrigere lapidem scandali, in quē
 impingat; & petenti, quod existimat esse piscē.
 dare serpentem alicuius tentationis, quæ eun-
 dem mordeat; et petenti ouum, dare scorpio-
 nem peccati, quod illum veneno inficiat?

QVAMOBREM dixit S. Aug. orantē Deū
 pro necessitatibus huius vitæ, beneuolè inter-
 dum exaudiri, & beneuolè interdum non
 exaudiri. Melius enim nouit medicus, quam
 egrotus, quid illi conferat ad sanitatem. Et
 propterea Apostolus non fuit exauditus, cū
 propter Dominum rogasset, vt discederet ab ipso
 stimulus carnis qui illū colaphizabat: quia ei
 non expediebat. Quando autem ad salutem
 petentis, expedit aliquid tale habere, dabitur
 sine dubio illi, cū fuerit eidē opportunū. In-
 terdum. n. differtur, nō quia negatur, sed vt tūc
 detur, quando maximè proderit. Siquidē faci-
 le euenire potest, vt q̄ tibi hodie est lapis, cras
 sit panis; & q̄ nūc esset tibi serpens, aut scorpio,
 alio

X SPIRA
 PONTE

a Ioan. 2. 4

alio tempore sit piscis, aut ouum. Et quomodo
 Deus talis est pater, qui nouit tempus & hora
 qua tibi, quod petis, expediat, nõ dat illud nõ
 nec ipsa hora adfit; & propterea dixit Christus
 B. Virg. petenti vinum, quod in nuptijs decessit
 d. *Nondũ venit hora mea.* O Pater benigne
 me, quã verò diligis filios tuos, & in te recurre
 vt illis prospicias de omnibus vtilibus. Tu
 vocas eam horã, in qua decreuisti cõcedere
 bis, quod à te petimus; quia tuum est ea hora
 occasione, quod petimus, dare, in qua vtile
 nobis accipere. Potuisses etiam, Domine, eam
 dam vocare horam meam, siquidem in bono
 meum illa cedit; sed vis potius eam vocare tuam
 vt ego discam fidere benenolã ac suauitatem
 prouidentia. O anima mea, ne anxias sis, quia
 tuus coelestis pater, differt concedere, quod
 petis; quia nondum venit hora eius, neque
 noli illud quærere; antequam accedat hora,
 tibi sit noxium, veniet illa; & tunc dabitur
 tibi; quia tunc erit vtile tibi, noli huiusmodi
 bona absque tuã voluntatis resignatione,
 obstinatè petere; ne tibi eueniat, vt quod
 quã pater misericors, tibi denegat; idem tamen
 quam seuerus iudex largiatur; & eorundem
 tua praua fiat tibi in peccatum, quod ipse
 exaudiendo, castiget in tuam perniciem.

e Psal. 108. 7

SE D vltèrius adhuc meritò progredietur
 tua resignatio, cum huiusmodi bona à Deo peti
 tis. Nam esto non essent animã tuã damnosa
 tura, non tamen sunt petenda, nisi sub alia cõ
 ditione; si videlicet Deo placet, illa tibi dari

sicut Christus D. N. petebat: *f. si possibile est, f. Mat. 26. 39.*
transseat a me calix iste passionis; sed statim
admixit: verumtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu, nec mea voluntas fiat, sed tua. Non enim
est perfectio petere, quicquid sine peccato
possis, aut quicquid tibi non noceat; nisi
idem sit Dei voluntati conforme; quam merito
preferre debes omni tuæ propensione etiam
bonæ: & quod ipse iuxta sanctissimam suam
voluntatem tibi dederit, id erit tibi spiritus
bonus, quo sanctus sis, ac perfectus.

Hic sufficienter satisfactum est querelis omnibus,
sive tentationibus eorum, qui cum non
experiuntur, orationes suas exaudiri, tepescunt
in eis; imò tanquam inutiles deserunt, aut di-
vinitis promissionibus diffidunt. Quibus dicit S.
Bernard. *nemo vestrum suam orationem despiciat,*
quia Deus quem oratis, eam non despicit,
& vix illa prodit ex ore vestro, cum scriptam
habet in suo libro. Et alterum est duobus,
absque dubio potestis sperare; aut scilicet quod
petitis, aut quod sit vobis futurum utilius.
Nolite de rebus iudicium ex sola apparentia
facere, aut ex sensuum experientia, quæ fallax
est; sed ex veritate fidei, quæ est infallibilis;
& citius cælum & terra transibunt,
quam Deus desit
verbo suo.

Sermo 3 de
Quintag.

X SPIRITUS
PONTE

CAPVT XVI.

*HEROICAM FIDUCIAM
fundari in vnione cum vnigenito
filio, eamque etiam ad orandum pro
lijs extendi, quæ indicia ostendant
rationem exauditam esse; &
quanam sint exigua fidu-
cia radices.*



INSATIABILIS, omnia
est cœlestis nostri patris
charitas, vt quæ nunquam
desinat manifestare nobis
nouos modos, de eius boni-
tate confidendi, quo magis
ra ex ea bona, per orationem
nem proueniant. Nouerat benè hic Dominus
adoptiuos filios, nunquam esse suis parentibus
ita charos, atque naturales; amor enim
peregrinus est, & naturæ aduenit propter
optionem: Hic verò est connaturalis, propter
generationem. Et quoniam omnes homines
adoptiuum tantum Dei filij esse possumus,
gratiam adoptionis, voluit ipse cœlestis pater
filium suum vnigenitum & naturalem
IESUM CHRISTVM Seruatorem
strum supplere, quod nobis deerat: qui
psum nobis coniungens, fiduciam nostram
excellenti sua filiatione fundaret. Ita vt

dem vniti confidamus, ac petamus Patrem nō-
 strum, sicut ipsemet filius eius naturalis: quæ
 optima est fiducia, quam habere possimus:
 Hinc bolum tanquam optimum, seruauit in
 vltimum locum cœlestis noster Magister, &
 absque parabolis, eum modum petendi docuit
 nos in vltimo sermone post cœnā, dicens: a
 men Amen dico vobis siquid petieritis Patrem
 in nomine meo, dabit vobis. Vt quomodo non pe-
 tatis qui: quam in nomine meo: petite & acci-
 pietis, vt gaudium vestrū sit plenū. Quid est autē
 in nomine Christi petere, nisi (vt cap. 14. §. 5. di-
 ximus) petere ex parte vnigeniti filij Dei, atq;
 si ipsemet, & sibi ipsi peteret; eidemque dandū
 esset, quod petitur: sicut reuera eius intuitu
 nobis datur. Quod si naturali filio nihil est de-
 negandum: quomodo negabitur adoptiuo
 petenti, quatenus est vnum cum naturali; nec
 proprio suo nōe petēti naturalis filij vnigeniti
 nomine, qui æquē est bonus, atque ipsemet Pa-
 ter? Facilius hoc intelligetur, si memineri-
 mus, quid filij Iacob, post mortem patris, di-
 xerint fratri suo Ioseph, quod illis condonaret
 iniuriam, in eius venditione ipsi illatam: b Pa-
 ter tuus (inquiunt) praecepit nobis, antequam
 moreretur, vt hæc tibi verbis illius dicerem⁹: ob-
 seruo vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum: & pec-
 catis atq; malitia, quā exercuerūt in te: nos quoq;
 oramus, vt seruo Dei Patri tuo, demittas iniqui-
 tates hæc. Quasi dicerēt. Hæc gratia & cōdona-
 tio nō fit nobis, sed patri tuo Iacob seruo Dei, q
 nō peccauit sicut nos; & in ei⁹ nōe illā petim⁹:

a Ioan. 16. 23

Vide Toler.
in c. 16. Ioa.

b Gen. 50. 16.

Alius textus
habet:
Seruis Dei
Patri tui.

R 2

quia

X SPIRITUS
PONTE

quia ipse præcepit nobis, vt suo nomine illi
 peteremus, Quæ verba ad eò Iosephum con-
 liuerunt, vt statim fleuerit, nec solum iniuri-
 condonauerit, sed magnis etiam beneficiis
 dulgentiaque eos fuerit profecutus. In hoc
 itaque modum, te constitues coram æterni
 patre, indutus fiducial vnigeniti eius filij, &
 innocentia sanctissimæ eius vitæ, ac verbis
 nitis, quibus te docuit orare; titulis de-
 fretus, quos habes in eius meritis fundatos,
 ut supra insinuauimus, dicens: Pater æterni
 ducia, qua huc venio, non est solum ad
 filij, sed naturalis & vnigeniti filij tui:
 peto, eius nomine peto: verba quæ pro
 eius sunt; & gratiam pro qua supplico, illi
 tius, quam mihi præstabis. Si peccata mihi
 mittis, ipsi remittis, qui nunquam peccata
 virtutes mihi concedis, illi concedis, qui
 est promeritus. & quoniam eum non ex
 non potes, nec me poteris non ex. uide.
 ducia altissima? ò oratio potentissima?
 potest hac excelsior esse altitudo; quæ po-
 tia huic par esse potest? & vt sis adhuc
 ac securior in hoc; attende, quid dixerit
 uid de ipso Christo D. N. in cœlum ascen-
 te: *c. Accipisti, inquit, dona in hominibus,*
 sententiam explicans Apost. *d. dedit, in*
dona hominibus ad insinuandû, quod Deo
 bis dat, id ipsum Christum recipere; quia
 est, atque si ipsi Christo dareretur; qui, quia
 est, dat sibi ipsi, qua est homo, quod nobis
 eo quod nos habeat sibi inuitos; ac propter

c. 14.

c. Psal. 67. 19
d. Eph. 4. 8.

in die iudicij dicet iustis: *e quod vni ex mini-
stris meis fecistis, mihi fecistis.* & similiter nunc
dicat aeterno suo Patri, id quod vni ex his mi-
nistris seruis meis das, hoc mihi das; quia sunt
in unum mecum, & ego cum eis.

EX quo fit, vt ad talē fiduciam ita solidē in
nobis fundandam, vt impetrare possit à Deo
quicquid petierimus; necesse sit habere ex par-
te nostra, perfectam hanc cū iplo Christo D.
N. vnionem, per amorem scilicet eius & obe-
dientiam, qua sanctissimæ eius voluntati sub-
iungamur: quod ipsemet monuit, cū dixit: *f*
si manseritis in me, & verba mea in vobis man-
serint, quod unque volueritis, petetis, & fiet vo-
bis. O altitudo sapientiæ & charitatis Christi?
quid hoc est, quod dicis Domine? An nescis vo-
luntatem hominum, propendere ex seipsa ad
carnem suam? ad honorem suum? ad com-
modum? ad delicias? imò ad seipsam in om-
nibus, quæ illi placent? Quomodo ergo tan-
quam huic voluntati tribuis, vt quicquid vo-
luerit, petat; nam id totum eis dabitur ei? Be-
ne tamen nouit sapientissimus noster Magi-
ster, quid promittat; & cuiam voluntati fa-
cultatem faciat, quæcunque voluerit, petendi.
Si enim voluntas illa, ipsi permanet coniuncta,
per amorem & obedientiam: nunquā verbis i-
ustus petet, nisi quod huic vnioni sit cōforme;
& ad eam conseruandam ac perficiendam cō-
ferat; & quoniam voluntas sic vnita Christo,
est eadem cum ipsius Christi voluntate, petat
quæcunq; voluerit: omnia enim ei cōcedentur,

e Matt. 25. 40

f Ioan. 15. 7.

SPIRITUS
PONTE

31. Ioa. 3. 21.

atque si ipsemet Christus peteret, cuius talis est voluntas. Hæc illa est insignis fiducia, qua S. Ioannes: *g Carissimi, inquit, si cor nostrum non reprehenderit nos* (de culpa videlicet, in obedientia aut disunctione ab ipso) *fiduciam habemus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.* Et iterum: *h Hæc est fiducia, quam habemus ad eum: quia quocumque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos: quia ipse docuit nos petitiones, quas ab ipso postulemus.* Conseruat hæc vnionem & obedientiam Deo, & inde de nouo petere, iuxta hanc fiduciam formam: re ipsa experieris abundantiam bonorum, quæ recipies, ita vt gaudium tuum eorum possessione sit plenum.

2.
Quinq; modi
fiduciam

Hic fundare poteris omnes modos fiduciam, quibus eam habere potes in Deum, si velis. Quos esse perfectos: Fiduciam pauperis, quæ innititur non proprijs meritis sed alienis; quæ tamen tibi, propter vnionem quam habes cum eo, cuius illa sunt appropriando; Fiduciam amici, quæ fidelibus Domino suo præsequijs innititur, licet ea præstiteris ab ipso acceptis, cum esses eius voluntarius; Amic: fundatam in vnione, quæ intimitate efficit amicitiam; Filij, fundatam in vnione, quæ efficit spiritualis generatio in Esse gratiarum; denique fiduciam sponsæ, quæ tota innititur vnioni, ex spirituali coniugio ob charitatem perfectam exortæ. Quacumque harum fiduciarum

placebit tibi, sicut alteri Iacob, Deum ipsum apprehendere, & cum eo in oratione luctari, in-
stanter perseverando, & confidenter dicendo:
Non dimittam te, nisi benedixeris mihi: & cō-
cesseris, quod peto. Scio enim, id tibi placere,
si quidē non peto, nisi quod tu vis, ut petam. Et
interdum eiusque progreditur huius fiducia
securitas & certitudo, ut dicat sicut Moyses: k
aut amitte populo hanc noxam; aut si non facis
dele me de libro tuo, quē scripsisti. quod fuit idē
atque si dixisset, aut concede id, pro quo sup-
plico; aut, si non concedis, dissoluatur unio il-
la & amicitia, qua sumus coniuncti: non quod
velit vlllo modo dissolui; sed quia nouit, quāti
Deus illam faciat, quantumq; delectetur eam
conseruando. & ideo ea vtitur, tanquā optimo
titulo & causa, ad impetrandum quod cupit.

i Gen. 22, 26

k Exod. 32, 32

S. r.

De fiducia, dum aliquid pro alijs pe-
titur.

HINC fit, quod hęc fiducia non se con-
tineat in ijs, quæ sperat petitq; pro se;
sed extendat se etiā ad petendum pro
alijs: cum enim innitatur unioni cum Deo, &
Christo D. N. cuius omnes iusti sūt participes,
locat alijs pro alijs petere, ac sperare, se conse-
cuturos quod petent, confidentes promissioni
eiusdem Domini dicentis: *a si duo ex vobis cō-*
senserint super terrā, de omni re, quamcumq; pe-
tierint, fiet illis a patre meo, qui in cælis est:

a Mat. 18, 19.

R 4

vba

X SPIRITUS
PONTE

Lib. 7. in
Luc.

b Mat 9. 2.
Marc. 2. 3.
Luc. 5. 18.

c. 1. Ioa. 5. 16.

1. Reg. 16. 1.

vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum, orans licet & petens cum eis. Magna (inquit S. Ambrosius) est Dei nostri liberalitas, quem si toto corde diligas, non solum licebit tibi petere pro te, sed etiam pro tuis proximis. Et cet eis fiducia desit, ob tuam exaudieris, & illi subuenietur: siquidem Christus d. N. b. v. v. fidem offerentiū paralyticum in lecto iacentem, vt illū sanitati restitueret, integrā ei reddidit in corpore & anima, dicens illi: Confide sibi: remittuntur tibi peccata tua, & postea: surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. vt hoc intelligas, tantam vim habere fiduciam, etiam pro peccatoribus exaudiat, & ideo Ioan. dum hanc fiduciam commendat, ad d. c. Qui se et fratrem suum peccare, petat, & datur ei vita. Potens est. n. oratio ad impetrandam vitam gratiæ, ea spoliato. Verum est tamē, orationem & fiduciam petentis aliquid proficiaciorem esse: quia potest ipse propria impedienda eius remouere; cum autem pro alio petitur, tantam illi interdum adhibent necessitudinem, & malitiam, vt propter eam (testatur Basilio) non exaudiat, qui petit. Adeo benignus est & liberalis Deus, vt ne liberos suos amicos contristet, eorumve fiduciam imminuat: eos aliquando moneat, (vt ibidem testatur Iohannes notauit) ne orent pro hominibus modi obstinatis, & qui de propria sua mercede gaudēt. Sicut Samueli dixit Deus: d. V. s. q. n. q. tu luges Saul, cum ego proiecerim eū, & a meo

praesentia remouerim: Et Ieremix dixit: *Tu
 mihi orare pro populo hoc, & non obsistas mihi:
 quia non exaudiam te.* Et quid hoc aliud fuit,
 nisi auferre illi affectum & propensionem o-
 randi, & feruentem orationis Spiritum pro e-
 is. Nam quando ipse eam suggerit ac inspirat,
 nullus adeo est obstinatus peccator, qui per e-
 am non conuertatur: siquidem S. Stephani ora-
 tio, Sauli conuersionem impetrauit. Et ipse
 Deus (vt ait Ezechiel) *inquirit ac desiderat in-
 uenire virum qui interponat spem & fiduciam
 suam, suisque orationibus stet oppositus contra
 populum pro terra, ne dissipet eam.* Et Moyse dixit: *g
 Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos.*
 significans se eius Oratione detineri, ne iratus
 eos deleteret. O immensa Dei charitas, qui vult
 ac desiderat iustos amicos suos, opponere se
 ipsi, eiusque iram detinere, ne pro meritis ca-
 stiget peccatores: Da mihi Deus tantam fidu-
 ciam, vt iram tuam cohibere possim.

e Ier. 7. 6. &
 c. 11. 14.

Act. 7. 59.
 Ezech. 22.

Exod. 32. 10

§. 2.

Signa exaudite orationis.

EX HAC cum Christo D.N. vnione pro-
 uenit Heroica illa fiducia, qua tanta effi-
 cacitate ac securitate petit, atque si, quod
 petit, obtinuisset; ac propterea, quasi pro iam
 obtento, gratias agit. Sicut Christus D.N. Laza-
 rum resuscitaturus, alta voce dixit: *a Pater gra-
 tias ago tibi, quoniam audisti me; ego autem sci-
 ebam, quia semper me audis, sed propter populū,*

a Ioan 11. 41

R 5 qui

X SPIRITUS
 PONTE

qui circumstat, dixi: vt credant, quia tu me
 fisti. Et, cum Pater filium semper exaudiat, qui
 mirum, si tantam interdum fiduciam iustri-
 buat, qui cum ipsius filij voluntate sunt vni-
 vt in eadem oratione gratias agant, quod ipse
 in ea exaudierit. Et hanc (ait S. Bernardus) est
 formam Orandi, quam Apostolus b *gratiam* *oratio-*
tionem appellat: quæ cæteris orandi formis pre-
 stantior est, licet eò rarior quò preciosior; et
 pauci sint, qui ad eam perueniant: Quia pauci tan-
 to feruore orant, vt in ipsa oratione sentiant se
 exauditos: Non est tamen abijciendus animus
 in desiderandis ac procurandis altioribus Dei de-
 nis; sed feruore virtutum ad ea aspirandum, ac co-
 tendendum est. Nam (vt idem S. Bern. ait) quò magis
 crescis in gratia Dei, eò magis dilatur fiducia
 tua, vt feruentius amans, maiori etiã fiducia o-
 res, & petas: Est quæ rationi consentaneum, vt ad eam
 sublimem orationem aspire; cuius fides tanta fit
 vt omnia speret; tantaque deuotio, vt quo modo
 potest, Deum ipsum cogat; & tanta charitas, vt
 quid petit; in ipsa Oratione sentiat se impe-
 trasse. Nam esto sit verum, quod ordinarie id Deus oc-
 cultet, & (vt ait Iob) *ci cum inuocantem exaudierit*
me, non credo quod audierit vocem meam. Interdum
 tamen insigni quadam confidentia, quod ora-
 tio sit exaudita & acceptata, feruentem Ora-
 tionem remunerat; certum internè reddens
 (vt ait Cassianus) ipsum orantem, quod sit fa-
 cturus ea, quæ ipse petiuerit. Quæ fiducia fre-
 ctus est ipsius orationis. Talis fuit Oratio
 Annæ matris Samuelis, de qua dicit Scriptura,
 quod

Serm. 1. de
 mod. Oran-
 di.

b. I. Tim. 2.1.

Serm. 3. in
 Cant.

Idem lib. de
 digni amor.
 diuina. c. 3.

Job. 9. 16.
 S. Grego. lib.
 9. c. 11.

Collat. 9.
 c. 32.

quod Oratione sua absoluta, d abierit in viam
nam, vultusque illius non fuerint amplius in di-
versa mutati, ob securitatem, quam habuit,
quod esset Oratione sua exaudita. Talis quo-
que fuit Oratio e Sara, vxoris Tobia, & f Iu-
dith; Et ipsius B. Virginis Dominae Nostra,
cum à Christo filio suo petijt vinum in nupti-
is, quæ quod intellexisset suam petitionem fu-
isse exauditam, dixit ministris: g quodcumque
dixerit vobis, facite. Talem quoque fiduciam
habuerunt. h apostoli & alij Sancti, cum orarēt
pro impetrandis aliquibus miraculis, quæ à
Deo petebant.

HEROICAM hanc confidentiam, præce-
dere solet vehemens aliqua inspiratio, quæ nos
mouet ad orandū, cum tanta fiducia signūque
est, quod velit Deus concedere, quod ita peti-
tur. Vt enim S. Augustinus ait, Deus nos nō ex-
hortaretur ad orandum; nisi dare vellet, q̄ pe-
timus: Ita Spiritus S. nobis non inspiraret & ad
orandum impelleret, cū tot gemitibus; nec ad
rem talem in particulari petendā, accensis ad-
mo affectibus, nisi eam vellet nobis concedere:
Ideo enim dixit Apostolus, i Deum nosse, & ap-
probare ea, qua desiderat Spiritus Diuinus: quā
do secundum Deum postulat pro Sanctis.

ALIUD quoq; signum externū solet con-
iungere Deus huic interno, mittens aliquā tri-
bulationē aut ignominia, quæ ipsam petiti-
onem & fiduciam reddat feruentiorem, vt &
humilitatem & patientiam præmio afficiat au-
diens tam feruentem petitionem, quæ fit à
tribu-

d 1. Reg. 11.

e Tob 3. 24.
f Iudith. 9. 17.
vide Glossā
ibi.

g Ioan 2. 5.
h Acto. 4. 30

Signum ex-
audita Ora-
tionis.

1.

Ser. 29. de
verb Domi-
ni.

i Rom. 8. 27.
vide S. Tho.
2. 2. 2. 4.

2.

X SPIRITUS
PONTE

tribulato, quo modo permittit, Annam Samuelis matrem, cum feruentissimè oraret, afflicti-
iuria ab Heli Sacerdote, dicente illi : *k V / p*
k 1. Reg 1. 14 *quo ebria eris? digere paulisper vinum quo ma-*
des: quæ humiliter valde respondens, tandem
 meruit exaudiri, fierique voti compos. Et
 Virgini Domine nostræ, primum siccum val-
 de responsum dedit Christus dicens: *l Quid mi-*
hi & tibi est mulier, nondum venit hora mea.
l Ioan. 2. 4.
 in *Mat. 15. 26* in *Cananea* respondit asperius, quasi *cananea*
 compellans, & indignam, cui *paris filiorum da-*
retur: & vtrumque eò dirigebat Christus,
 eam orationem exaudiret; Et in eum sententia
a Iob. 12. 4. loquitur Iob. *n qui deridetur ab amico suo scilicet*
ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum.
 3. DENIQUE, vt ait Richardus de S. Victore
 Super Cant. anima impetrat quod petit, vel ob magnitudi-
 nem fidei, vel ob humilitatem profundam, aut
 importunitatem, aut feruens desiderium & deuotionem,
 aut efficacem titulum & rationem, quam ad impetrandum allegat. Et præ-
 ter id quod petit, modò reuelationem, modò
 consolationem aliquam magnam, aut certitudinem
 accipit; interdum dubia manet, interdum verò se
 exauditam esse sentit: licet modò quo voti fiat
 compos, ignoret. Sicut senex Tobias intellexit, se
 o *Iobiz. 4. 1* *exauditum esse à Deo, vt mireretur:*
 cum petuisset liberari à miseris, quibus
 premebatur: sed deceptus est, existimans se
 per mortem ab eis liberari: dum: Quod tamen
 non per mortem, sed per liberationem à Caritate
 & paupertate factum fuit. Sed motibus
 illis

his internis (vt S. Bonauentura aduertit) de-
ceptio subesse potest, si tribuatur Spiritui fan-
cto, quod Spiritus ac desiderij nostri est propri-
um, proueniens à vehemēti nostra apprehen-
sione. Quare non est fides illis facillè adhiben-
da, nisi examinētur prius per doctrinam & re-
gulas, inferius tradendas.

Nunc sufficiat nobis vnā regula ad conie-
cturam faciendam, quænam Oratio sit exaudi-
ta: quæ regula deducitur ex his, quæ dicit S. Am-
brosius, cum declarat quæ res concurrant ad
Orationem, iuxta Christi D.N. sententiā, di-
centis: *p Si duo vel tres ex vobis consenserint su-
per terram, de omni re, quamcunque petierint,
erit illis à Patre meo.* Qui (inquit) sunt isti
duo aut tres, nisi corpus & anima & Spiritus S.
Quando itaque anima, colligit omnes sua po-
tentias interiores, intra penetrabile sui cordis,
vt oret Patrem suum in abscondito, non sine
aliquo minus recto & inani corpusque, suus
etiam colligens sensus externos, animæ con-
iungitur ad orandum sicut oportet; tum Spi-
ritus ipse S. accedens inspirat hanc vnitionem
cum animo quieto & pacato, vt efficaciter
& feruenter orent: signum est, adesse ibi ipsū
met Christum, in medio horum trium, & suā
authoritatem adhibere, vt talis oratio exaudi-
tur. O felicem vnitionem, in qua tot conueni-
unt, ad simul orandum æternum Patrem?
Quid maius desiderari, aut efficacius proponi
potest? O anima mea coniunge tuas facultates,
collige tuos sensus, coniungere diuino spiri-
tui, &

Processu re-
ligion. c. 19.

4.
De Instit.
Virginia. c. 1.
& 2.

p Matt. 18. 19

X SPIRITUS
PONTE

q Psal. 36. 4.

ritus, & vnire Iesu Christo filio Dei vni, & ratio tua, ab æterno eius Patre acceptetur, & *lectare in Domino*, (vt ait Dauid) & *dabitur tibi petitiones cordis tui*: Si enim ei placere tibi incundū; erit & ipsi, tuam orationē exaudi-

§. 3.

De causis dissidentia.

EX HIS quæ hæctenus diximus, licet colligere causas, quæ vel minuunt, vel auferunt confidentiam in Oratione; ac proinde impediunt, quo minus exaudiatur.

PRIMUM .n. damnū hoc adfert quæ culpa, dissoluens vnionē cum Christo, & sanctissima eius voluntate, in eius præceptis præfisa; tunc præcipuè, cum actu complaceti-

a Ioan. 3. 21.

quis in ea, aut rebellis est legi, aut a reprobis *dit eum cor*; nec tamen adhibetur remedi-

Lib 10. Mor. c. 11.

Tale .n. genus culparum (vt ait S. Gregorius cor ira deiicit), vt non ita confidenter petat, mereatur exaudiri. Quamobrè dixit Dauid.

b Psal. 65. 8

Iniquitatem si affexi, in corde meo, eius meo actu oblectando, *non exaudiet Dominus*. Et Sa-

c Prou. 28. 9

piès: *c Qui declinat aures suas, ne audiat legem Domini*. *Oratio eius erit execrabilis*. Si .n. tu non reddis

d Job. 35. 12.

Deo, quod ipse petit, quomodo confides, ipse tibi daturum quod petis? Rectum est .n. quod

Deus aures suas obturet, ne audiat orationes eius, qui instar surdi alpidis, suas obturat pert-

naciter, ne diuinas audiat admonitiones. Et apud Iob dicitur: *d Ibi Clamabunt impij*, & non

ex. 11.

exaudiet, propter superbiam ipsorum. Non ergo
 supra audiet Deus & omnipotens causas singu-
 lorum intuebitur, qui temerè sine fiducia & vo-
 luntate faciendi, quod ille iubet, aliquid ab eo
 petit. Et in eodè sensu verū est, quod dixit cæc^{us}
 ille Euangelicus. *Scimus quia peccatores De-* e Ioan. 9. 13
us non audit, qui videlicet de suis peccatis glo-
 riantur, Deūq; propter illa contemnunt, si quis
 merem desiderat peccata sua deferere; & re-
 liqua adhibet, quæ ad benè petendum sunt
 necessaria, Deus non despiciet eius oratio-
 nem.

DEINDE etiam illa culpa, quæ dissoluit v-
 nionem cum proximo, multum nocet debitæ
 fiducia. Nam per repercussionem etiam, laxat
 vñionem cum ipso Christo, qui dixit: *f cum sta-* f Marc. 11. 25
bitis ad orandū, dimitte, si quid habetis ad ver-
sus aliquem: ut & Pater vester, qui in cælis est,
dimittat vobis peccata vestra: Quod si vos non
dimiseritis; nec pater vester dimittet vobis. Ec-
 ceteris nobis significans, fiduciam imperandi re-
 missionem, quam petimus, innitri ei, quam nos
 nostris proximis concedimus. Et quomodo po-
 teris sperare Deum exauditurum, quod petis
 in nomine Christi; si tu non audis proxi-
 mum tuum, aut pauperem petentem aliquid
 in eodè nomine? *eadem quippe mensura, qua* g Lucæ. 11. 38
mensus fueris proximum indigentē, remetietur
tibi in tua necessitate clamanti. Purga ita-
 que animam tuam ab omni culpa, & mox cres-
 cet fiducia tua. Sic enim est apud Iob: *h si iniqui-* h Iob. 11. 14.
tatem, qua est in manu tua abstuleris à te,

tunc

X SPIRITUS
 PONTE

*tunc leuare poteris faciem tuam, absque ma-
la & pudore, & stabilis eris, & non time-
re. Attende itaque quicquid Deus in corde tuo
reprobare potest, cum oras; illudque à te
remoue, ne culpa, quæ te reprehendit, timor
rem reddat ac retardet: audi tu Deum, ut re-
us exaudiat. Citius enim (ait S. Augustinus)
exaudit Deus vel vnã obediẽtis Orationem
quam decem millia inobedientium. Et
magis obediens fueris Dei præceptis; eo
Eusebius Nicæus) erit Deus magis obedi-
tuis orationibus. Obedientia enim plurimum
auget fiduciam.*

S. Gregorius
in eundem
locum.

Lib. de ope-
re Monarch.
c. 17.

Homil. 3. ad
Monach.

Serm. 10. in
Cant.

PRAETER hæc, alia diffidentia (ait S. Bernardus) locum in nobis habet, eò quod in obsequio tyrones simus; aut fuerimus tepidi. tyronum enim vnio cum Christo & obedientia, quia recens est; ac propterea suæ fidelitatis magna indicia non dederunt mirum non est, si non sentiant in se quasi pignus quoddam ad fiduciam ad eò sublimem, que illi, qui sunt antiqui domestici in domo Dei, diu constanter que serui erunt. Qui autem sunt antiqui in eadem domo, remissionem tamen ac tepidiores fuerunt in obsequio domino; illis tepiditas valde minuit fiduciam, quod dedit antiquitas. Antiqui autem & feruentes, *i sunt* (vt ait Apostolus) *domus Christi* qua ipse habitat, *retinentque fiduciam & gloriam spei firmam vsque ad finem.* Fidelia enim & constantia seruitia, magnum illis pignus adferunt, vt gloria

i Hebræ. 3. 6.

orientur de spe, quam in Deum habent; cū
 quæ opera faciunt stupenda, suisque orationi-
 bus impetrant, quod multa millia hominum
 impudorum non possent impetrare. Talis erat
 Elias ille, cuius oratio, instar erat clavis ca-
 elæ, ut plueret, aut non daret, de quo S. Ia-
 cobus ait: *Elias homo erat similis nobis pas-
 situr, & oratione orauit, ut non plueret super ter-
 ram, & non pluit annos tres & menses sex. Et
 postquam orauit, & cælum dedit pluuiam.* In que
 apparet, quantus fuerit eius feruor in vi-
 ra. Similitudo ergo naturæ nos inuitat ut eius
 imitemur feruorem, quò impetrare possimus
 donum confidentiæ eius & orationis efficaci-
 tatem. *Multum enim* (ait idem Apostolus) *ua-
 let oratio iusti assidua.* Et quò quis fuerit iusti-
 or, eò erit eius oratio potentior, si eodem quo
 cepit feruore perseveret, donec illa exaudia-
 tur.
 Verum multo erit melius, conijce-
 re oculos in Iustum Iustorum Christum Ie-
 sum: qui non contentus quod orationis con-
 stantiam verbis grauissimis doceret, adiecit
 quoque exempla eius efficacissima. Siquidem
 in horto Gethsemani, cum summa fiducia &
 Spiritus feruore Patrem suum orauit; & cum
 non fuisset exauditus, secundo & ter-
 tio redijt, perseverando in singulis orationib.
 longo tempore; & in vltima eousque fer-
 uorem auxit, ut præ in *agonia, guttas sangui-
 nis sudauerit*, nec ab orando destiterit, donec
 celestis pater *Angelum mitteret, qui ipsum con-
 fortaret.* Si igitur hoc modo tu orat Seruator

3. Reg. 17. 1.

Iacobi 5. 71

Luc. 12. 4

L. D. P. Tract. 1.

S

qu.

X SPIRITUS
PONTE

qui non tam pro sua, quam pro tua necessitate
orabat, nec tam pro suo commodo, quàm pro
exemplo, in Oratione perseverabat, quomodo
debet te orare, & in orando perseverare, donec
veniat è cœlo favor & gratia, quam petis.

Lib. de con-
stit. Monast.
c. 1.
S. Thom. 2. 2.
q. 83. a. 13. ad
2.

¶ Isai. 1. 38.

¶ Iacob. 4. 3.

li, (inquit S. Basilius) conqueri, si non ex-
dieris; tua est enim culpa, eò quod male petis
absq; fiducia scilicet, aut valde tepidè, &
tibi non expedit, aut non perseveranter, &
mittendo feruorem, quo tempore petitionem
tuam fuisses obtenturus. Pete itaq; quod pe-
dum est: pete confidenter, feruenter, ac per-
ueranter, sicut Deus vult; & nisi te audierit
veni & argue eum. O Deus æterne, qui nos
nos orare, & ad id inspirationibus tuis per-
ues, ob summorum desiderium, quo te
nos audiendi de me ipso conquero: quia
me nò audis, de te nò est, qd conquerar me
culpa, o si petas nò accipis, eò quod male peto.
Moue me Domine efficaciter, ad ita peten-
dum, sicut iubes, vt me ita audias, si-
cut offers te audi-
turum.

¶ 50

CAPVT. XVII.

*Lacrymas solere comitari Orationem
& à varijs spiritibus prouenire,
& que ratio illas impetran-
di eis q̄ vtendi.*

I H I L in scriptura sacra frequēti⁹
inuenitur, quā Societas oratōnis
cū lacrymis, quas adeo extollit, vt
eis tribuat, q̄ oratio exaudiatur.
n. Angel⁹ dixit Tobie; *Quādo orabas cū la-*
crymis, ego obtuli orationē tuam Domino. Et ipse a Tob. 12. 17.
De⁹ Regi Ezechæ dixit: b audiui orationē tuam,
& vidi lacrymas tuas, & alia lectio habet. Vidi b 4 Reg. 20.
lacrymā tuā: vt significaret, primā lacrymā, que b 11a. 36. 5.
Regis oculis fluxit, Dei cor emolliuisse, vt
egrotantē sanaret. & quindecim annos eius di-
ebus adderet. Et de ipso Seruatore nostro ait A-
postolus, q̄ c in dieb. carnis & mortalitatis suæ, c Hebr. 5. 7.
preces supplicationesq̄, cū clamore valido & la-
crymis offerebat: petitionib. suis adinugens in-
flamatū cordis affectū, q̄ est valid⁹ clamor; &
lacrymas, quæ in illo affectu, fluebant ex oculis
vt hoc suo exemplo nos doceret, quos comites
oporteat nos orationi nostræ adhibere, si veli-
mus eam exaudiri.

A D C V I V S declarationē est aduertēdum:
lacrymas puenire posse à varijs spiritibus in
corde nostro prædominātib. alijs bonis, alijs
malis: ac p̄inde lacrymas ex se indifferētes eē,

S 2

posse

X SPIRITIBUS
PONTIFICE

posse nos & bene & male eis in oratione,
 extra illam uti. *Primum* enim lacrymæ
 re solent ex naturali complexione, humida
 ac tenera, ut apparet in fœminis & infantibus
 & in quibusdam viris, qui commiserationis
 affectu facile afficiuntur, facileque flent, si quid
 iste audiant, videant, aut sibi imaginentur. Et
 quæ hæc constitutio naturalis, apta sit ad ora-
 tionis ac deuotionis exercitia: lacrymæ tam-
 quæ ab ea oriuntur, bonis & malis sunt com-
 munes. d. *Deus* enim D. N. ut *pluit super ini-*
quos. ita concedit hanc pluiam lacry-
 rum, ut possint eis bene uti, ad salutem con-
 quendam: quamuis sine illis possint illam
 sequi. Nam, ut supra diximus, sensibilis deu-
 tio non est tibi necessaria, ut peruenias in
 lum, nec ut perfectus euadas: & lacrymarum
 abundantia, non facit hominem Sanctum,
 nec inopia peccatorem. Quamuis enim
 prior hæc irrigatio iuuat, ut terra cordis
 stri proferat suos bonos fructus: potest
 sola interiori, eosdem proferre, & maxime
 lacrymarum irrigatio, quamuis decur ad
 ducendos fructus benedictionis, interdum
 culpam nostram fit, ut potius proferat spinas
 catorum, & fructus maledictionis. *Sunt*
læ lacrymæ, quæ procedunt ab Spiritu D.
 nis, ipsos corporis humores commouentes, &
 perniciosos eius fines eos adhibentis. ex
 maledicta suggestionem, qui tenerioris flent
 que sunt constitutionis, ea utuntur per
 c: isin aut fictionem in malum aut vanum

dMatt. 5. 45.

cap. 17.

quem desiderant. Sicut impius ille *Ismael*,
 ut deciperet *octoginta viros*, qui in habitu pœ-
 nitentiu veniebant cū muneribus, ut offerrent
 in *Domo Domini*. egressus in occursum eorū plo-
 rabat, sicut ipsi, fingensq; se illorū amicū, ac
 deducere velle ad Sacerdotē, illos in media ciuitate
 interfecit: Iuxta illud Ecclesiastici: *fimo-*
culis suis lacrymatur inimicus: & si inuenerit
tempus, non facietur bibendo tuum sanguinē.
 Et quid aliud est, *Ismaelē* plorare cū plorātib.
 ut eos interficiat, nisi *Demonem* induere spiri-
 tum lacrymarum, cum habentibus complexi-
 onē ad eas aptam, ut hac sanctitatis specie, ve-
 luti esca deceptos, derineat interdum in vita
 deprauata, aut in fallā doctrina, sicut emollic
 corda multorum hæreticorum & aliorum per-
 uersorum hominum, ut sibi persuadeant, se à
 recta via non aberrare: Interdum verò eos in-
 ducit ad querendum honorem ex sanctitate,
 quā euerā non habent: sicut *g Hypocrita faci-*
es, qui exterminant facies suas, & incedunt
tristes, ut appareant hominibus ieiunantes, &
penitentes; magnaq; suspiria cū lacrymis tra-
hant, quò Sancti habeantur.
 Hi s affines sunt illorum lacrymæ, qui tan-
 tum flent, ob rerum temporalium defectum,
 quem sustinent; aut propter misérias & cala-
 mitates, quæ illis eueniunt non dirigentes in-
 tentionis suæ oculos ad bona aut mala animæ:
 licet interdum existiment, se sua peccata de-
 flicere; cum tamen non illa, sed iacturam aut i-
 gnominiam ex eis or tam defleant, sicut *h Esau:*

c Ierem. 41. 6.

f Eccl. 12. 16.

g Matt. 6. 16.

h Heb. 12. 17.

SPIRITUS
PONTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de quo Apostolus, quod non inuenerit patri-
 tie locum, quanquam cum lacrymis eam in-
 uisset non enim flebat amissam benedi-
 cti-
 paternam, nisi ob temporale damnum, quod
 ea iactura presentiebat. Et tales sunt lacry-
 cum quibus multi filij huius seculi orant, qui
 à Deo petunt vindictam de suis inimicis, qui
 licem in rebus vanis & terrenis, quas quar-
 euentum: flētes mala corporis, obli-
 la Spiritus; Horum lacrymas possumus con-
 parare illis, quas Propheta Micheas, appe-
 i plāctum velut draconum, & luctum quasi
 thionum. Hi enim miserrimi, habent duris-
 viscera instar struthionum, ad sentendū
 mæ detrimenta; cum tamen tenerima habent
 ad deflenda mala corporis, & cum sint ad-
 ac instar Draconum feri cōtra suos proximos
 flent, si ab eis vincantur. Sicut etiam Dracones
 quando superantur ab Elephantis; & struthio-
 nes, quando punguntur ab spinis, quæ sunt
 canidos ipsorum. Sed horum lacrymæ in-
 gnæ sunt, quæ à Deo exaudiantur; aut eum
 commiserationem permoueant: qui non
 externa eorum respicit, quam interiorum
 ritiam, & serpentinam crudelitatem, à qua
 læ procedunt. Mutent ergo ipsi cor suum
 motiuum suarum lacrymarum, & mox
 à Deo exaudientur.

i Mich. 1. 8.
 .Hyero. ibi,
 vide Ribe-
 cam.

S. I.

De lacrymis spiritus boni.

His ergo omissis lacrymis, ad eas veniamus, quæ à bono Spiritu proueniunt, ipsamq; orationem, quam comitantur, feruentem, Deoq; placentem reddunt, cor emolliendo, non solum ob externam speciẽ quã habent, sed præcipuẽ ob radicem optimam; ex qua procedunt, spiritu scilicet Sãcto, cuius est, multos mouere & inducere ad orandũ, & a *postularum gemitibus & lacrymis me narrabit*; Tales eorum animis considerationes imprimendo, quibus eorũ cor emolliatur, & pijs affectib; quodãmodo tenerescat, cuius indicium sint dulces oculorum lacrymæ, quæ intercedunt pro ipso Orante, tanquã testes viuẽ attentionis ipsius animæ, & feruentis affectus Spiritus. Et quamuis certum sit, Spiritum Sanct. vt supra de substantiali deuotione est dictum, hoc donum lacrymarum præcipuẽ infundere tanquam superiorẽ causam, *b pluuiam volũtariam segregantem hereditati suæ*, vt illam irriget; stupendo quodã modo, ipsa *c fulgura in pluuiã faciat*, ignem. s. affectuũ, in aquã lacrymarũ cõuertens. Et nihilominus quisq; tanq; cãdã & inferior, hanc irrigationẽ procurare, varijsq; meditationib; ignẽ hũc accẽdere, q cõuertatur in torrentes copiosarũ lacrymarũ. Et sicut hæ cõsiderationes & affectus interni sunt multiplices: ita sunt varij modi lacrymarum: ad quæ duo

S 4 genera

a Rom. 8. 26.

b Psal. 67. 10.

c Psal. 134. 7.

e Hier. 10. 13.

SPIRITUS
PONTE

Lib. 3.
Diolog. c. 34.

d Iosue. 15.
19.
d Iudic. 1. 15.
cap. 15.

e Num. 20.
11.
e Psal 77. 16.
e Exod. 17. 6.

fr. Reg. 1. 10.

genera reduci possunt, adūbratæ (vt ait S. Gregorius) duabus illis irriguis terris, quas Caleb petijt à patre suo illeq; *ddedit eis irriguū superius, & inferius*: quorum supra fecim^{us} mentionem. Irriguū superius sunt lacrymæ, ex affectibus amoris, in consideratione rerū superiorum cœlestium ac Diūinarum: sicut aquam ex superiore loco deducit, aut facit e cœlo descendere. Irriguū inferius sunt lacrymæ timoris ac tristitiæ, ex consideratione miseriarū ortæ, quæ intra nos sunt, aut nos circumdant, & pernitiæ minantur. sicut qui per fodiēs, aquā ex terra haurit, Quod si vtraque consideratio à diuino Spiritu excitata, conueniat, vt cor humanū oppugnet: quantum illud, lapidis instar sit durissimū, deducunt et fontes lacrymarū, quib^{us} veluti tenerescat. *cut e Moyses percutiēs virgā bis silicē egressa aqua largissima.* Sed id nec virtute lapidis, vi virgæ, sed Dei omnipotentia, & virtute cis Christi, quæ illa referebat, euenit. Consideratis duplex irriguū illud impetrabim^{us} cū quib^{us} fontib^{us} lacrymarū, qui quinq; ipsi^{us} vulnera respondent. Primæ sed min^{us} perfectæ sunt corporales miseriae, quas patimur, in eogradu licitū est, & sanctū, orare ac petere earū remediū. Et hæc solent esse copiosiores, eo quod gratia simul & gratia conueniant, ad eas precandās: sicut apparuit in Anna Samuelis mater, de qua refert Scriptura, *q̄f cū esset amara m^{ens}, orauit ad Dominū sēs largiter*, His lacrymæ orauit Tobias, Sara eius nurus, Iudith, & alii.

petentes subsidium in malis temporalibus; animo tamen spiritualia damna reparanda quibus illa alia proueniebant. Aliæ lacrymæ (teste Cassiano) proueniunt ex dolore peccatorum, expressæ interdum ob timorem & considerationem inferni, aut tremendi iudicij, quod nos mare: sicut Dauid gratiam timens diuinæ indignationis, cinerem tanquam panem manducabat, & potum suum cum fletu miscebat. Et ita Deum orabat dicens: *h saluū me fac Domine propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi: labor autem in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.* O quam illæ copiosæ fuerunt, quæ sufficiebant lauare & rigare lectum? O quam uehementia motiua habuerunt, quæ in ipsa lecti quiete effundebantur? O quam fuerunt infixæ, & in corde radicata, quæ singulis noctibus renouata, ad fletum permouebant, in tanta abundantia & amaritudine? Disce itaque orare, & hoc modo flere, si vis iram diuinæ iustitiæ placare.

ALIAE lacrymæ, quæ nascuntur ex peccatis, exprimentur ab amore, cum consideratione diuinarum misericordiarum: eò quod largitorem earum offenderint. Tales fuerunt eadem Dauidis lacrymæ, dicentis: *i Exitus a facie tua deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* & non fuerunt minus copiosæ lacrymæ Magdalenæ, quibus *krigauit pedes Christi Domini*: quæ tacens orat, quia

Col. 9. c. 18

g Psal. 101. 20

h Psal. 6. 7

i Pl. 118: 136

k Lucæ 7. 38

X SPIRITUS
PONTE

lachrymæ pro ipsa loquebantur; & remissionem impetrarunt grauium peccatorum, quæ à magno amore procedebant; Nec fuerunt minores lacrymæ S. Petri, *l qui fleuit amantem* quod suum Magisterum negasset: Quin etiam toto tempore vitæ eius, gallus cantu suo illum excitabat, ad orandum cum lacrymis; quibus gnis diuini amoris, eum in eas dissoluebat.

3.

ALIAE lacrymæ procedunt ex compassione Christi nostri Seruatoris quibus illum suis lacrymis comitemur; dolentes de eorum causa, nostris. s. peccatis; ac de eius doloribus opprobrijs & cruciatibus, quos nostri sustinuit, non sicut flebant filia Ierusalém, quæ

m Luc. 23. 28

ipse IESVS dixit: *m Nolite flere.* Quia Ierusaléma tantum compassione flebant: sed si fleuerit ipsa B. Virgo, cui erat nota filij sui innocentia, eius personæ dignitas infinita, causaq; horrendæ ipsius passionis ac mortis. Et

n Rom. 12. 1.

quidem amor *n flet cum flentibus*, aspice Christum crucifixum orantem & flentem pro peccatis, & stude etiam tu pro eisdem orare; flere; gemens & suspirans, quod illum videtur ita plorantem, & tanta patientem, commouere orationem & lacrymas tuas, orationi & lacrymis eius, ut tuæ per illas admittantur.

4.

ALIAE lacrymæ procedunt ex inter cordis desiderio, videndi ipsum Deum, desiderando hanc absentiam, & suspirando, ut finem semper in dulci eius societate. Tales erant lacrymæ Dauidis, cum diceret: *o Sitit anima mea ad Deum fontem viuum: quando veni*

o Psal. 41. 3.

mea ad Deum fontem viuum: quando veni

apparebo ante faciem Dei mei? fuerunt mi-
lacryma mea p. nes die ac nocte, dum dicitur
mihi quotidie: vbi est Deus tuus? His quoque
sunt similes, quæ prodeunt ex corde sentientis
in hac vita Dei absentiam; ac desiderantis, sē-
per eum tenere secum, eo modo, quo ipse est
cum suis electis. ideoque sicut p. Magdalena
cum lacrymis quærit Christum in sepulchro
sui cordis; nec a querendo desistit, donec inue-
niat, non mortuum, sed viuentem: vt eius dul-
ci conuersatione fruatur:

p. Ioa. 20. 11.

DE NIQVE alix lacrymæ procedunt ab in-
flammata in proximum charitate, propter
peccata scilicet vnuscu iusque, & nocumenta
ac miseria eorum: atque si illæ essent pro-
pria, sicut q. Samuel lugebat Saulem; Et Iere-
mias r lacrymarum fontem desiderabat, vt plo-
raret die ac nocte pro suo populo. Et I. Christus
D. N. in morte Lazari lacrymatus est: & pro-
pter mala, quæ t. ciuitati Ierusalem imminebāt.
Et Apost. v. cū lacrymis monebat, & hortabatur
Episcopos vt attenderent sibi & vniuerso gregi,
cum quibus totius mundi conuersionem o-
perabat. Hi sunt quinque præcipui fontes la-
crymarum, quibus possis orationem tuam co-
muniari, iuxta res petendas, & materiam
de qua cum Deo D. N. ages: qui omnes fontes
continentur in perfecto dono lacrymarum;
quarum origo suprema est ipse Spiritus san-
ctus, qui nuachis, nunc illis facit nos ita ora-
re, vt exaud amur. Est enim ipsius Christi

5.

q. 1. Reg. 15. 35
r. Ier. 9. 1.
I. Ioa. 11. 35

I. Luc. 19. 41.
v. Act. 30. 31

Domi-

X SPIRITUS
PONTE

x Mat. 5. 5.

Domini verbum infallibile, x beati qui loquuntur
quoniam ipsi consolabuntur: non solum in ter-
ra vita, sed etiam in hac: quia impetrantur

c. 3.

petunt in sua oratione. Nam sicut Iacob
(supra est dictum) luctans cum Angelo, lac-
rimis & precibus impetrauit eius benedictio-
nem: Ita qui luctantur cum Deo oratione
lacrymis, impetrabunt eius benedictiones
in tanta abundantia & acceleratione, vti
inter ipsasmet lacrymas det illis Deus pignus
quod sint exauditi. Sicut significatur

y Thob. 3. 12.

22.

quæ cum y in oratione perstitisset cum lacry-
surgens ab ea Deum glorificauit, quod post
pestatem tranquillum faceret, & post lacry-
mationem & statum, exultationem infunderet.

z Gen. 9. 13.

sicut post pluuiam apparere solet in celo
arcus trium colorum, quod est signum sereni-
tatis & fœderis quod iniit Deus cum homi-
bus, quod non deleteret a quis diluuij vniuersam
carnem: Ita post orationem, hac lacrymarum
pluuia, remanet anima cum magna serenitate
& pace, & cum certo pignore amicitie &
fœderationis cum Deo, ob splendorem ab-
fidei, Spei & charitatis, quos in sua oratione
exercuit, ex quo etiam oritur alia magna
curitas, licet non absque aliquo timore, sicut
tamen eam reddit securiorem, quod non ab-
mergetur diluuiio peccatorum, in qua con-
suevit incidere. Qui enim adeo pretioso donatur,
si eò discretè & feruenter utatur, ser-
per fouebitur ab eo, qui donauit; vt confidamus
fiat in sanctitate.

§. 2.

S. 2.

Quadam circa hoc donum documenta.

QUOD si scire cupias media, ad præstati-
 simum hoc donum impetrandum: cum
 in primis est d. etum, ipsammet oratio-
 nem tantæ esse virtutis, vt sibi ipsi id impetra-
 re possit, quo tãtoperè indiget, dicès Deo D. N. a Iudic. 2. 15.
 quod filia illa suo parenti, a *Terram arenam*
de disti mihi, da & irriguam aquis. O supreme
 Pater, spiritus hic meus; ex seipso valdè est a-
 ridus, & sine aqua deuotionis & lacrymarum:
 ergo mihi duplex irriguum, quod oritur ex
 tuo sancto timore & amore. O mundi Salua-
 tor, in cuius corpore aperti fuerunt quinque
 fontes sanguinis, in meum remedium, per illos
 te oro, vt quinque fontes lacrymarum mihi
 largiaris, quos tuus diuinus spiritus amplecti-
 tur, vt cum illis ita orem, vt exaudiri merear &
 consolari. Amen.

Sed quoniam hoc donum, èd quod sit gra-
 tuitum, non solet omnibus concedi, quia indi-
 feretè aliqui vtentes eo in proprium detrimè-
 tum illud verterent, non est absolutè peten-
 dum, sed consueta illa conditione, & in eo
 gradu, quo nobis erit conueniens: relinque do
 prouidentia diuinæ, vt id faciat, quod sit ad
 maiorem eius gloriam futurum. Nec ramen
 propterea desiste dū nobis est ex parte nostra,
 quin eas considerationes affectusque adhibea-
 mus, ex quibus lacrymæ exstantur. Est enim
 nobis

SPIRITUS
 PONTE

nobis non incumbat flere in oratione, nec
 tamē causam & motiuū, vnde luctus procedat
 adhibere. Sicut nec nostrū est cōsolationē
 sibilem in eadem oratione habere: per
 tamen ad nos causam & motiuū non negligat
 ex quo illa procedat, licet non eū anxietate
 lius consequendā. Magnus. n. affectus lacry
 di, causa erit sapiūs, cur illas non impet
 Quare corde quodā quieto & resignato, p
 momenti in lacrymarū motiuo collocare
 deas, quā in ipsis lacrymis. Nā quādo nō est
 rendus honor, sed virtus, ex qua ille cōsue
 & ea, vt oportet, quā sita, honor etiā nobis
 quærentibus, subsequitur. Eodem modo, qu
 rens substantiale deuotionem, lacrymæ sub
 quentur, etiā si illas nō quæras. Quod si De
 cceperit, cor tuū emollire, ne sis cōtensus
 aliqua pluuia, quæ pulueres tantū extinguit
 solāq; terræ faciē rigat, nec vltius penetra
 nec terra illā imbibit sed vda tātū monet. S
 ut. n. hæc parui momēti est ad hoc vt terra
 ctū pducatur; sic leues lacrymæ ex bono aliq
 affectu qui repētē sentitur, & innox transit, p
 solent efficere: nisi in ea consideratione, q
 illas excitauit, profundius fodias, vt pluuia
 copiosior, quæ b terrā tui cordis inebriet, &
 adferat saturitatem, q̄ illa desiderat. Memento
 oculos Sponsæ Christi comparari fontibus
 piscinis in Hesebon, quod significat (S. Ambrosius
 S. Greg. testib.) cogitationes puras, aut tristitia
 cingulum: vt intelligamus, Sponsæ oculos de
 bere esse tanquā duos fontes copiosissimū

b Pf. 64. 10

c Cant. 7. 4

Serm. 16 in
Psal. 118. in
Cant. 5.

lacrymarum, quæ oriuntur ex sanctis eius cogitacionibus, ligatis & collectis per feruentes affectus tristitiæ & compassionis, vti dictum est. Quod si Deus Dominus noster hos lacrymarum fontes tibi concesserit, vtere illis moderatè: nimius. n. vsus non solû corpori, sed ipsi quoq; spiritui nocet Vidi (inquit S. Ioan. Clim.) quosdã nimium flentes, qui ad eò pectus feriebant, vt sanguis per os exiret & membra sui prophetæ dicentis: *d percussus sum vt aruit cor meũ.* Quasi diceret ob nimium affectu eo deueni, vt arefcerẽ, sicut foenu, q̄ nimius ætus omni virore & humore priuauit. S. Bonauent. ait omninò expedire, vti moderatè gratia deuotionis, q̄ndo corpus est debile; ne nobis eueniat, q̄ ait Psalm. *d Defecit caro mea & cor meum.* Quasi diceret: defecit fortitudo corporis; & propterea est etiã imminuta fortitudo spiritus, & qui nimium incendit, vt sensibile deuotionẽ acquirat, eò deuenit, vt amittat substantialẽ, q̄nq; alteri præstat. EODEM modo vitãda sunt etiã duo alia extrema. Alterũ nimix cõplacentiæ & arrogantix, ob donum hoc lacrymarum, vt si illo mentis tuæ sanctitatẽ & familiaritatẽ cũ Deo: valdè tibi cõplacens, q̄ in oratione diu fleueris; & propterea spernas eos, qui hoc donum non habent, tanquã homines imperfectos, & Deo nec familiares nec charos: ex quo magnã occasione accipit demõ, excitãdi huiusmodi hominib. fouẽdiq; lacrymas in locis publicis vt ita ipsi ab alijs laudati magis insolescant.

Quam-

Gradu 7. in fine:

d Psalm. 101. 5

Da processu 7. Reli. c. 21.

d Psalm. 72. 26

S. Ioan. Climach. sup.

SPIRITUS PONTE

Quamobrem meritò Deus subtrahit illis
 donū, qui mox in alterum pusillanimitatis
 diffidentie extremum incidunt, iudicant
 iam de tota sua deuotione actum; quia de
 illis hæc refocillatio. Cui si in sua deuotio
 præcipue innitantur; ita eis eueniet, sicut
 tuis, quotidiana irrigationi assuetis; quæ, si
 vno die illis subtrahatur, statim marcescunt
 paulatim exsiccantur: Ita inquam, si tuam
 tionem ac deuotionem huic lacrymarum
 gationi adstringas, illa deficiente abijcietur
 mum, & deuotio peribit. Quod si ita hoc
 nuā lacrymarum conseruare velis, ut verè
 bi fructum afferat, necesse est, cum ea humi
 tate & resignatione illas possidere, ut nec
 earum abundantia te faciat euanescere; nec
 defectus animum abijcere; sed tuam deuotio
 nem & pietatem non in sensibilibus his lacry
 mis, sed in desiderio & promptitudi
 ne exequendi voluntatem Dei,
 sicut ipse volet, con
 stituere,



CAPVT XVII.

DE VSU VOCALIS ORATIO-
nis cum attentione & spiritu: &
quod ex triplici attentione illa sit
optima, qua Dei presen-
tiam respicit.



QUAMVIS oratio & fa-
miliaritas cum Deo, de
qua haecenus diximus,
praecipue sit actio spiri-
tus, & facultatum eius
internarum, sine quibus
nec essentia Orationis
constitit, nec momentum aliquod habet: Nihi-
ominus addimus externa verba, vocalem o-
rationem mentali coniungentes, non quod Deus
nos audiat, sed ob alios fines & utilitates; pra-
ecipue vero in quatuor casibus, quos S. Thomas
inducit.

2. 2. q. 83. a. 12

PRIMVS est, quando oratio est communis,
sive nomine Ecclesiae, aut ex eius praeccepto.
Quia enim illa est visibilis, & ex multis fide-
libus aggregata; docet, eius orationem esse
modoque sensibilem, quam omnes possint audi-
re, & alij alios in ea iuuare. Ideoque minister
Ecclesiae non satisfaciet eius praeccepto, si men-
taliter tantum diuinum officium persoluat.

1.

2.

L. D. P. Tract. 1.

T

offerre

SPIRITUS
PONTE

offerre Deo D N. integrum aliquod notum
 pforum sacrificium, a nima. s. & corporis
 vtrumque est ipfius. præfertim cum illud
 nostris peccatis offerimus. Nam cum ora
 ipfa fit satisfactoria pro peccatis, ad eam
 satisfactionem multum conducit labor cor
 ralis, qui in orando vocaliter suscipitur.
 enim offeruntur Deo (vt ait Oseas) a
labiorum nostrorum, orationes, s. vocales,
 poenas nostris culpis debitas exsoluant,
 olim vituli pro eis offerbantur.

2 Ose. 14. 3.

3.

Epist. 121. ad
 Probam.

TERTIVS casus est, quando hæc verba
 instrumenta ad internam animæ deuotionem
 exacuendam. Sūt enim multi (vt ait S. Aug.)
 qui verbis, gemitibus, & externis alijs
 ad augendum sanctum desiderium & con
 feruorem, seipfos excitant, vt cam spiri
 rent. Quamuis, si quis hoc exteriori
 distraheretur ab interiori deuotione, debet
 potius (vt aduertit sanctus Thomas) illud
 mittere quando seorsim & priuatim, &
 priæ deuotionis commodo orat. Neque
 decet, quod plus est amittere, propter id
 est minus; aut quod est principale, propter
 cessorium.

4.

Lib. 2. c. 10.

QVARTVS casus est, quando abundans
 feruoris interni erumpit in ipsa verba. Sicut
 quando in suspiria, gemitus, & alia exte
 signa, idque interdum tanta vi (vt notat C.
 sian) vt non possint se continere; quomodo
 vas ad ignem positum, si bulliat, crepat,
 aliquid per os effundat; iuxta illud Dan.

ad adipem & pinguedine repleatur anima
 deuotione. & labijs exultationis laud. b. t
 meum. Et iterum c providebam Dominum in
 conspectu meo semper; & propter hoc, latatum
 cor meum & exultauit lingua mea cantan-
 do scilicet eius laudes.

b Psal. 62. 6

c Psal. 15. 8.

Ex hoc fit (vt docet S. Bonauent.) quod duo
 sunt modi orationis Vocalis; Alter qui oritur
 ab ipsa mentali, & feruore spiritus per ver-
 ba quae ipse orans, ex tempore componit &
 dixerit: quibus internum suum sensum offen-
 dit: proferens linguam, quod interius Deo in
 corde dicebat; interdum cum aliquo ordine,
 interdum sine illo, vtrens aliquibus verbis
 scripturae aut Ecclesiae sibi occurrentibus in-
 terno suo sensui similibus; & haec oratio at-
 tentior & efficacior esse solet, sed prolixior
 esse non potest, quia multum defatigat, ob af-
 fectus, quo prodit, vehementiam; nec est in
 nostra potestate illam habere. Alter modus
 est ordinarius, cum scilicet leguntur Psal-
 mi, Hymni, aut orationes, quibus Ecclesiae in
 officio diuino, aut in sacro Missae utitur, quae
 altissimum continent orationis Spiritum. Si
 enim diligenter attendatur, Dauid in suis Psal-
 mis, & Ecclesia in Hymnis & orationibus, fere
 semper loquitur cum ipso met Deo, ad quem sua
 colloquia dirigunt; nec tamen in omnibus ali-
 quid ab eo petitur; sed vel ipse ob sua magnalia
 laudatur, & inuitatur creaturae ad eius laudes
 decantandas; aut commemorando eius bene-
 ficia, gratiae pro illis aguntur; aut miseriae no-

In processu
7. Relig. c. 3.SPIRITUS
PONTE

stra & culpa proponuntur, quarum peccata
 venia & remedium; nouæ denique gratia,
 ductis rationibus & titulis ad eum perueni-
 dum, vt illas concedat; adhibitis etiam
 intercessoribus, sicut est dictum de oratione
 mentali. Quod si frui velis spiritu, in ipsius
 mensuris & orationibus latente: necesse est ad
 internam attentionem adiungere, ita vt in
 lectu attendas ad id, quod ore loqueris, &
 ad id, quod corde cogitas. Si enim sponte ad alia digrediaris, dicitur
tuas fiet tibi in peccatum: & cum Deum plac-
is. (ait S. Basilius) prouocas potius ad ir-
gnationem, ob exiguam tuam reuerentiam.
 Quia dum loqueris cum Domino tantum
 stas, eo inciuiliter relicto, conuertis te
 ad mundum, & cogitandum cum creaturis, cogitationes re-
 gendum cum creaturis, cogitationes re-
 inutiliū, aut à loco & proposito tuo alio
 mittendo; ideoque obijcere tibi poterit
 Isaiæ: *e appropinquat populus iste ore san-*
bys suis glorificat me: cor autem eius longè
me: siquidem, dum orat, meque laudat, non
 attendit, me esse præsentem; nec se mecum
 qui, nec quid dicat. Ac proinde, cum hoc
 oras, omnes orationis fructus amittis, nec
 petras quod petis. Deus enim non lingua
 sed cordis, quod illam comitatur, petitionem
 audit, & vt S. Cyprianus perpendit, quomodo
 te à Deo audiri postulas, qui te ipsum non audis
 nec, quid dicas, attendis? & vniuersimodum
 S. Gregorij regula: quod Deus non audiat
 rationem, cui ipse orans non attendit. Sicut
 tua ignavia tanta est, vt tu ipse non attendas

1 Psal. 103. 7.

in infir. ad
 vitam pei
 rectam.

S. Chryl. l. de
 orando Deo
 circa mediū
 & Hom. 79.
 ad pop.

: Isa, 29. 13

De orat. Do-
 min. non
 longè à fine

refert S.
 hom. 22. 9
 13. 2. 13.

quid dicas, meritò Deus te puniet, non atten-
dens ad id, quod proponis; vt scilicet, quod
petas, approbet; aut concedat, quod petis: cum
non petas, sicut homo vsum rationis habens;
sicut peteret psittacus aliquis, qui eadē ver-
ba proferens, neq; intendit, neq; attendit ad
illa. Ideoq; tali modo orationis non imple-
s obligationem ex precepto aut voto, cui es ob-
structus. Quamobrem dixit Eccles. *f ne iteres* *f Eccl. 7. 10*
verbum in oratione tua. atque si diceret. Ita o-
rari ne opus sit repetere orationem, vt admissa
in ea culpa tibi condoneretur, aut ad implendā
obligationem, eam dicendi.

§. I.

HANC attentionem ad eò necessariam,
vt oratio non conuertatur tibi in pec-
catum, debes minimum initio eius ad-
hibere: & statuere, illam quantum in te erit,
continuare, quamdiu durauerit. Quod si eue-
nerit, vt cor tuum, quod orare tecum in coepit,
intendens quid faceret, repente & in medio i-
tinere te *a derelinquat*, sicut dicebat Dauid, ac *a Psal. 39. 13*
dirigendo ad aliquid aliud, te inuito, permit-
tat, linguam orare solam, non erit tuum pecca-
tum: quin potius (vt idem Basilius dixit) Do-
minus, cum quo loqui coeperas, compatietur
tibi, eo quod non ex negligentia, sed ex infir-
mitate non assistas eius præsentiæ, vt par esset.
Quod si talem intentionem initio adhibue-
ris, quamuis non semper actu illam habeas,
censeberis tamen attentus esse, attentione,

SPIRI
PONTE

quam virtualem appellant, quæ sufficiens
ad impetrandos tres præcipuos orationis fru-
ctus, *meritum*, videlicet nouorum graduum
gratiæ & gloriæ. *satisfactionem* pro tuis pec-
catis: & *impetrationem* eorum, quæ petis, si
do adsint etiam reliquæ conditiones, ad
fructus percipiendos necessariae. quâuis quæ-
tum fructum non obtineas, quem S. Thom.
virtualement r. flectionem, & spiritus alimentum
cat, cum spirituali lætitia, & interna cordis
spiratione ad opera virtutum.

Supra.

1. Cor. 14.
14.

QVAM OBREM Apost. dixit: *siorem*
gna, spiritus meus orat; mens autem mea
fructu est. Quasi dicat: (vt S. Thom. inter-
ratur.) Qui lingua tantum orat, aut quia
rus est, nec intelligit quæ legit; aut cui
uitus distrahitur, vt non attendat quid dicitur.
hic etiam spiritu orare censetur, si repetit
licet, quem illa verba habent; & forte motus
tur ab spiritu bono, qui in ipso, & per ip-
orat supplente spiritu S. naturalem spiritus
defectum; vt meritum habeat ex oratione,
tiffaciat obligationi suæ, & impetret
petet, mens autem, quæ est pars anime
rior, sine fructu manet: hoc est sine illa
deuotionis, quam recipere solet, qui orat
tè, sciensque quid faciat: ideo addit idem
post. *orabo spiritu, orabo & mente.* verbo
licet, & interna ad illud attentione, cum
ni cordis mei affectu, vt abundantius fiam
ticeps omnium quatuor fructuum orationis.
Nam sic orando meritum erit maius, *facile*

quo certior, impetratio efficacior, & spiritua-
lis portio multò copiosior; exhilarante Deo
& corpore, & spiritum, cum omnibus suis po-
tentis, ut attendant, quid agant. Hoc modo o-
rat David, cum peteret, *exaudiri à Domino:*
illegans ad id impetrandū, *quod clamaret in*
corde suo, coniungens videlicet linguam,
imaginationem, & spiritum totū, ac mentē &
omnia intenta habens ad id, quod orabat, ab-
sque vlla ad aliquid aliud digressionē. Dignus
est autem qui audiatur, quicumque feruenti
affectu orat.

c. Ps. 117. 143.

Hinc fit, ut possimus distinguere tres mo-
dos vocalis orationis. *Quadam* enim fit ore
tantum sine corde: & hæc non solum infru-
ctuosa est, sed etiam noxia: quia fit cum pec-
cato.

Altera fit quidem etiam corde, sed diui-
so, quia incipit bono corde, sed mox digre-
ditur ac repescit. Ideoque illi respondebit
fructus etiam diuisus, & non integer, sicut est
alium.

Tertia fit ex toto corde & integrè, incipien-
do scilicet & progrediendo cum magna at-
tentione & feruenti affectu: Et hæc totum
& integrum fructum consequitur, quamuis
(ait Augustinus) tales orationes raræ sint
multis, crebræ paucis: omnia verò vtrum cui-
quam, nescio. Magnus enim feruor ita conti-
nuitus, excedit statū infirmæ nostræ naturæ,
nisi extraordinaria gratia præueniatur. Quam-
obrem (ait idem Sanctus) antiqui Patres

Conc. 29. in
Ps. 1. 118.
Epist. 121. ad
Iobam c. 10.
Calli. n. lib.
2. c. 10 & 11.
Et collat. 9.
c. 35.
3. Ch. fott.
Hom. 79. ad
pop.

SPIRITUS
PONTE

experti magnam difficultatem in orando, longo tempore, continuè, attentè, & feruente melius esse existimabant, sæpius in die orant, & semper breui tempore: ed quod feruor breui tempore facilè; longo vero, difficilè conuenitur. Et S. Basilius: præstat parum orare & diu; quam diu aliter. Non enim numero, sed pondere, animiq; ardore vincitur. Qui inuincibilis, qui finis te à nostris orationibus vinci, concede mihi, vt meæ tales sint, in quibus attentionem & feruorem cum temporis diuturnitate, in eis coniungam.

§. 2.

SED quoniam cogimur interdum diu orare; diuinum scilicet officium, multi qui quod recitant, non intelligunt, quod eruditi non sint; expedit declarare attentionis gradus, quos S. Tho. ait, posse in tali oratione adesse, ad fruendum eius fructum.

PRIMA est attentio ad ipsa verba, ne in proferendis erretur, omittendo aliquod, vnum pro altero supponendo, aut precipitèter dimidiata verba versus aut syllabas proferendo: in quo facilè impinges, si vel distrahente aut festinanter, animo citò pensum conueniendi, ores. Hæc attentio est ita omnino necessaria, vt error in ea, cum præueniri possit, sit peccatum. Ideoque cum ea mora temporis orare, eaq; pronuntiatione, vt hos deficiunt. Est tamen, vt idem S. obseruat, maximum contrarium fugiendum, eorum, qui tam

ad externa verba attentionem adhibent, vt omnino impediant deuotionem, & gustum internum: In quod extremum, facile incidunt vnde scrupulosi & anxij, sed simul ignari. Sic enim eo se priuant, quod est in Oratione præstantius, ponentes obicem Spiritui Sancto, ne illud ipsis communicet, quia faciunt se eius incapaces.

SECVNDA attentio est ad sensum verborum, vt, qui orat, fruatur Spiritu in eis latentibus, quæ attentio, multum priori præstat, magisque delectat; eò quod verba Orationis, a Spiritum & vitam habeant: & (vt ait S. Bernardus) sunt instar faui, qui & ceram habet, & mel intra illam: Cera est cortex exterior, mel verò interior Spiritus. Si verba proferas, non attendens ad eorum Spiritum, comedis ceram, sine melle; quod est insipidum, & permolestum: quia *littera occidit, si absq; spiritus condimento glutitur.* Et sicut, qui non præmansum cibum deglutit, non percipit eius saporem, & exponit se periculo oppilationis: Ita cum oras multum sine attētionē, non degustas mel, quod latet in Oratione. *Cibus enim in ore, Psalmus in corde sapit,* & exponis te periculo fastidij, & illam ob cruditatem omittendi. Stude ergo, dum oras, attendere spiritui & sensui verborum, comedens simul mel cum cera, oblectando & confortando te eius dulcedine; & canendo (vt inquit Dauid) Domino sapienter, cum sapore scilicet & gustu cordis. Hæc attentio etsi optima sit, non tamen potest omni-

2.
a Ioan. 6. 64.
Serm. 7. in
Cant.

SPIRITUS
PONTE

bus esse communis ; quia nō omnes verborum sensum intelligunt & qui eum assequitur, limites quoq; excederent (vt ait idem S. Doctor) si nimium conatum adhiberent, ad ea intelligenda, quia sic se redderent inhabiles, ad percipiendū eorum gustum internum. Et quoniam vnus & idem Psalmus, multa verba continet quorum quædam ad dolorem, alia ad gaudium mouent ; quædam ad timorem, alia ad magnam amorem, solet vnus horū affectuum alterum impedire. Item quando eadem Oratio, sæpius repetitur, vt euenit in recitatione Rosarij : ipsa repetitio affert quoddam tædium, quia idem sensus & affectus sæpe repetitur.

3.

PROPTER prædictas omnes causas est multo præstantior tertia Attentio, quæ potest esse omnibus communis, absque primo detrimento, conijciendo scilicet oculos animæ in ipsum Deum, ad quem Oratio dirigitur, & in cuius præsentia habetur, cum quo colloquimur, vt petamus, quæ verba illa significant, siue vt dicamus laudes, quæ eisdem verbis continentur. Et licet eadem non intelligas, nec adeo illis attendas : Satis erit ei attendere, qui illas intelligit, & qui finis est ipsius orationis, & eorum, quæ per illam quæris ; & hæere interim in eo amando, de eius bonitate & omnipotentia gaudente, confidendo multum ipsius misericordiæ, propriam voluntatem ipsius voluntati & prudentiæ resignando, & similibus alijs affectibus.

qui ipsa verba eorum que sensum excedere so-
lent: neque hoc impedit, quin tibi ipsi si-
m attendas, vt humiliaris, & confundaris
in presentia Dei tui; & admireris, quod
eadem admittat. Sed, ne in hoc modo at-
tentionis vlla sit deceptio, aduertendum est,
quibus modis illam adhiberi posse. *Alter* **C.p. 3.**
modus est, per affectus voluntatis cum Deo
iuncta, vt Superius est dictum: & hæc pro-
cul dubio est excellentior: *alter* est per mo-
dum meditationum earum rerum, quæ per-
tinent ad ipsum Deum, & de hac ait Gerson, **Tract. de O-**
rat. ad finem **3. Tomi.**
quod, inter orandum vocaliter, non expe-
dit longas meditationes & discursus admit-
tere, etiam de rebus ipsis cœlestibus. Medi-
tatio enim propriè, neque oratio est, neque
opus finis, sicut est affectus & amor Dei: qua-
re non esse tempus tunc expendendum in me-
ditatione, nisi quantum sufficiat breuiter, ad
ignem amoris accedendum; aut sentiendam
veritatem, quæ per illum ignem manifestatur;
vt quando Deus Dominus noster recitati psal-
mos alia daret sensa rerum, quæ in illis latent;
quæ reijcienda non sunt; sed cum illis progre-
di potest recitans in oratione vocali.

HOC TOTVM collegit. Sanct. Bernardus) **Serm 47. in**
quodâ sermone docēs suos religiosos modū **Cant ad fi-**
orandi & recitandi officii diuinū. His verbis **acm.**
dixit vos (*inquit*) dilectissimi, purè semper
strenuè diuinis interesse laudib. strenuè q-
uæ, vt sicut reuei eter; ita & alacriter Domino
assidatis: Nō pigri, nō sōnolenti, nō oscitantes,
non

SPIRITUS
PONTE

non parcentes vocibus, non præcidentes ver-
 dimidia: non integra transfiliantes, non frab-
 & remissis vocibus, muliebre quiddam bal-
 de nare sonantes: sed virili (vt dignum est)
 sonitu & affectu, voces S. Spiritus de prome-
 tes. Purè vero, vt nil aliud dum psallitis, quam
 quod psallatis, cogiteris. Nec solas dico
 randas cogitationes vanas & otiosas: vitia
 sunt & illa, illa duntaxat hora, & illo loco
 quas officiales fratres pro communi necessi-
 te, quasi necessario frequenter admittere
 pelluntur. Sed ne illa quidem profectò
 recipere consuluerim, quæ forte paulo ante
 claustrum sedentes in codicibus legeratis,
 & nunc me viva voce differente, ex hoc au-
 torio, Spiritus S. reuerentia reportatis. Sa-
 bria sunt, sed minimè illa salubriter inter-
 lendum reuoluitis, Spiritus enim Sanctus
 hora gratum non recipit, quicquid aliud
 debes, neglecto eo, quod debes, obtuleris. Hæc
 S. Bernardus, quæ intelligenda sunt modo
 à nobis explicato.

EX PRÆDICTIS omnibus fit, vt
 quam vocalem orationem auspicaris, debeat
 dem de præsentia Dei exacuere, humiliter
 eo loquens, & offerens opus illud, quod facere
 aggrederis, ad eum modum, quem de mente
 Oratione diximus. Quod si tunc Spiritus tuus
 accendatur amore eiusdem Domini, & feru-
 tibus alijs affectibus, aduersus eius bonitatem
 & misericordiam: poteris cum eiusdem voca-
 lem totam orationem prosequi. Nam et si mi-
 tos dicat

quod dicas psalmos, non attendens illis; modo sis
certus, quod eos legeris, satisfecisti non solum
incipienter, sed cum maiori etiam perfectione
quam si ad eorum sensum attendisses. *Deinde*
hac diuinæ presentiae memoriâ cohibebis mē-
tus euagationes, quæ tūc te oppugnabunt; te i-
psum reprehendes, quod cum Deo adeo inur-
bane loquaris; nec attendas, quid dicas, erubef-
ces quod adeo sis stultus, vt colloquens cum
Deo, qui te audit; ipso neglecto, incipias inte-
rens colloqui cum ijs, qui te non audiant cum
alijs scilicet hominibus, de negotiis fortē po-
tētia cum illis tractandis.

EODEM MODO erit operæ pretium re-
trahere memoriâ Angelorum, qui adsunt
presentes, eoquē de cælo descendunt, vt in
Oratione te adiuuent, qui (vt ait Sanct. Ber-
nardus) cum attente & reuerenter oramus,
delectantur, manere nobiscum: cum autē cul-
pā nostrā defectus aliquis irrepit, fugiūt nos;
& (vt ait Dauid) *b qui iuxta me erant de longe
reterunt.* Contra verò Dæmones, qui prius lō-
quē à nobis erant, agmine facto, accurrūt ad O-
rantem irreuerenter; *c maledictus est. n. homo,*
d qui opus Dei. s. u. fraudulenter. O Deus æter-
nus, libera me ab hac maledictione, tunc potif-
icium, cum ad orandum accedo; vt tuam obti-
neā benedictionē. Orem, quæso Domine, toto
corde meo; & non orē sola lingua: ne *d anima*
e mea arida maneat, sicut terra, sine aqua, in tua
presentia. loquatur simul vtrāque lingua,
corporis & Spiritus: vt vtrāque in Spiri-
tu &

2.

Ser. 7. in
Cant.

b Psal. 17. 13.

c Ier. 48. 10
d Psal. 142. 6

e Psal. 142. 6

SPIRITUS
PONTE

tu & veritate adoret te in æternum.

CAPVT XIX.

DE LÖCIS & TEMPORIBUS
ad Orandum designandis; de frequen-
tatione & perseverantia vsq[ue]
mortem; de variis modis Orandi semp[er]

INTER illa externa, quæ multum
cōferūt ad Orationē suæ vocatō-
nis suæ mentalē, cū spiritu habent
multoq[ue] magis ad intimū cū
familiaritatē, sunt *locus & tempus*
ad ea apta. Præmittendum tamen est in
casibus, non esse tibi libera, tempus aut
locus orandi, tibi constituere.

1. *Primus casus est, cum Deus D. N. per
sua inspiratione efficaciter te ad orandū
peruerit. Tunc n. orationē ipsā meritō auspicā-
ris, si fieri cōmodē poterit eodē loco & tē-
pore, quo suggeritur inspiratio; siue id die
nocte, in loco secreto, & sacro; publico
privato eueniat. Vt. n. supra diximus; q[ui] tibi
inspirat, vt ores, supplebit omnes cōmoditates
quæ desunt loco & tempori.*

2. *Secundus casus est, cū necessitas aut pericu-
lū, ad orandum cogit: tunc .n. idem tempus
& locus imminentis periculi, est etiam orationis
vt non sit opus aliud quærere. sicut Job. (quod
expendit S. Chrysostr.) orauit in sterquilino
lonas in ventre Ceti, Daniel in lacu leonum*

& Chry-

Christus Dominus in ipsa cruce. Ipsa .n. ne-
cessitas orandi, remouet orationis impedimē-
ta, in dēā reddit feruentior; ē, q̄ si in aliud tē-
pus aut locū differres, succūberes fortē & tar-
de venret remedium.

Præterea (vt benē expēdit Gerson) vnusq̄s-
q̄ debet accōmod. re se præcipuē loco & tē-
pori sibi ab obedientia superiorum, aut status
sui constitutionib. præscriptis: ibi .n. inueniet
Deum, & eo tempore potius, quam aliās.

Præter hos cas⁹, tēplū ipsum ex se p̄stat cæ-
teris, ad Orandū: propterea .n. De⁹, illud appel-
lat a domū orationis suæ, vbi ille assistit, vt faue-
at peculiari prouidentia orantib⁹: Et orationē,
quæ ibi fit, vocat ipse suā, eo quod eam dirigat,
& tanquā suam aspiciat, vt exaudiat; & eā ha-
benti indulgeat, iuxta id q̄ Regi Salomoni di-
xit ipse deus, loquens de templo, quod ille æ-
dificauerat: *Et erunt oculi mei & or meum ibi*
sanctis diebus ad respiciendū .f. & amandum,
ad locum illum recurrentes, orationis causa.
Et idem Salomon ait, Deum exauditurum ora-
tiones, quæ in templo funderentur pro quacū-
que necessitate; in cuius rei testimonium ex-
audiuit, q̄ ipse Rex tunc fundebat. *Nā c. um iō*
uisset fundens preces ignis descendit de cælo &
tenor aut holocausta & victimas. & manes
domini impleuit domum. Quod si hoc in anti-
quæ illius legis templo Deus faciebat; quid fa-
ciet in templis legis nouæ? in quib. nō arca pro-
pheticæ est, sed ipsa veritas p̄ eam significata,
hoc est

Hom 79. ad
pop.

3.
Tract de my-
stica Theol.
pract. coa.
fid. 9.

al. saia. 56 7.

1.
b. 3. Reg. 9. 3.

c. Paral. 7. 1.

SPIRITUS
PONTE

hoc est ipsemet Christus verus Deus & homo
latens sub accidentibus Sanctissimi Sacramen-
ti: qui voluit manere nobiscum, non solum
in sacra communione eum sumere missam
iam, vt possemus exercere in templis ad
orationis & orationis, in ipsius presentia,
solum qua Deus est, sed etiam qua homo.

2. NIHILOMINVS ad secretam & pri-
tam Orationem, licebit eligere eum locum
qui magis confert ad orationis finem con-
quendum, iuxta dispositionem cordis & cor-
poris, sicut supra dicebamus de situ externae
orationis seruando.

Cap. 9.

QVOSDAM enim magis recolligit locum
obscurus, alios clarus: alij facilius mouentur
in Oratione, si ad orandum consecuta
loca altiora, sicut dicitur *S. Petrus & e iudic. 8. 5.*
lij si exeant ad solitudines & loca deserta,
cui legimus de Christo, quod orauerit in tem-
plo, in monte seorsim, & in Cœnaculo pul-
ce, in horto Gethsemani seorsim, & in
cruce, vt enim erat Magister Orationis, vt
exemplo suo approbare omnia loca, in quibus
illa fieri possit; ita tamen, vt si locus
rit publicus, orationis intentio sit secreta:
si periculum adsit vanitatis, præstabit
ipsemet Christus consuluit, *in intrare in cubiculum domesticum, & clauso ostio orare;* ne
visibilis hostis intret; nec inuisibilis occu-
pationem habeat suggerendi inanem gloriam
præsumptionem.

¶ Matt 6. 6.

QVOD attinet ad tempus Orandi, non
res d

res est, ab Ecclesia esse constituta septem tem-
 poribus, quibus Ecclesiastici, septem horas Cano-
 nicas dicant, antequam orandi consuetudinem
 sequentes in septem diei horis: quā seruabat Da-
 uid, cū esset occupatissimus in Regni governa-
 tione: *Septies inquit in die laudē dixi tibi, su-
 per iudicia iustitiarū tuarū.* Iustūq; est idē præstare
 q; Psal. 118. 164.
 q; qui diuino cultui sunt dedicati, idq; eo stu-
 dio, vt imitantes h S Petrum, quando puenerit
 hora orationis, relinquāt potius cibū, etiā si fa-
 micat, orētq; tanto seruire, vt digni sint quorū
 h Acto. 10. 10
 Deus eleuet Spiritū, suaq; secreta eis reuelet.
 Ad priuatam vero Orationem, solemnia
 4.
 tria sunt tria diei tēpora, quæ principiū, me-
 diū, & finē eius cōplectuntur, de quibus idem
 David *in vespere, mane, & meridie, narrabo &
 & exannunciabo.* Deo meas necessitates; *& exau-
 diet me.* Hinc fluxit mos ille, quē Apostoli tra-
 diderunt, (vt refert S. Clemens) orandi ter in
 die precationē Dominicam; & fortē ex eadem
 consuetudine manauit, quæ nunc est in multis
 Libr. 7. eon-
 stit. Apost.
 cap. 25.
 locis partib; dandi signū ad salutationē An-
 gelicā, in tribus diei temporib; mane meridie,
 & vespere. Et vt infirmiores & etiam deli-
 ciores, ter in die corporalem refectionē su-
 mant, ientaculum scilicet, prandium, & cœ-
 nam: Ita qui debilitatem suam agnoscunt,
 cupiuntque animæ suæ indulgere, meritō cō-
 sumant hæc tria tempora, ad sumendam refe-
 ctionem spiritualem, numquam eam consue-
 tudinem intermittentes; sed præmittētes sem-
 per refectionem spiritus, corporis refectioni.

SPIRITUS
PONTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. I.

De tempore orationis Matutina.

QUAMVIS tria hæc tempora, Orationi sint apta; Matutinum tamen lucululum, quod noctis partem completur, celebre est in scriptura, & aptissimum ad prolixius & quietius orandum, antequam locus pateat occupationibus diei.

I.
Regul. 37. ex
fusis.
Cassian. col.
lat. 21. c. 26.
a Exo. 22. 29.

Primum, quia (vt ait S. Basilius) æquum est offerre Deo a *primitiis* diei, & actionum earum, primos scilicet tuarum potentiarum fructus & actus primos, quos à somno exiens exeres. Offer igitur primitiis in primis intellectus tui, bonas scilicet cogitationes; & voluntatis, affectus scilicet pro lingua, verba proferens diuinarum laudum manuum, quibus te signo crucis consignas; que ad cœlum in Oratione leues; totiusque corporis, genua flectēs, aut in terram incidens, ad Creatorem tuum adorandum. Et implebis quod dixit Dauid: *b Præueniet uox clamantis mei ad te diluculo, vt meditare eloquia tua.* Sed quem putas præuenit Dauid diluculo ipsum Deum? hoc non est possibile. Nam Deus omnes præuenit auxilio suo: & vel prima bona cogitatio, à Deo oritur, & diuina Sapientia (vt ait Sapiens) *c præoccupat eos, qui se occupant, vt illis se prior ostendat, quam eam ipsi querant; pulsaturque ipsa ad portas eorum.*

b Psal. 118.
148.
b Psal. 37. 14.
Mane oratio
mea præueniet te.
c Sapi. 6. 14.

aperiant; *asident enim illam foribus suis*
aperient. Postquam verò Deus auxilio suo te
 pruenit, debes tu mane pruenire omnes ho-
 stes, Dæmones, sensus carnis, & cogitati-
 ones omnes, ac sæculi occupationes, ita vt pri-
 mo occupes domũ cordis tui, cogitationib. San-
 ctæ Orationis, quam illi eandem occupent.

Sed ulterius tibi est progrediendum, vt
 summo mane offeras Deo primitias eiusdem
 mentis ita vt prima lux Solis deprehendat te in
 oratione constitutum, vt cœlestis Sapientia
 acciperfruaris, dicentis: *d Ego diligentes me*

d Pro. 8. 17.

Progo: & qui mane vigilant ad me, sine dubio
inuenient me. Siquidem qui ita mane surgunt,
 testimonium amoris sui erga me proferunt; &
 seruis, quo me quærunt. Miro artificio
 Deus vsus est, vt Israelitas per desertum am-
 bulantes impelleret ad *colligendum Manna,*

e Exo. 16. 21.

nequam Sol oriretur; neque enim solum il-
 lud Manna corrumpebatur, quod ab vno die
 ad alterum seruabatur; sed etiam quod col-
 ligebatur, *cũ Sol incalisset liquefiebat,* & dif-
 fundebatur. Et erat res mira: (ait Sapiens) vt,
 quod ab igne non poterat exterminari, etiam
 si linges esset, si mane illud colligeretur: *statim*

f Sap. 16. 27

man ab exiguo Solis radio calefactum, tabes-
cat in ipso campo in pœnã ignaorum: vt no-
num omnibus esset, quoniam oportet pruenire
sum ad benedictionem tuam & ad ortum lucis
te adorare. Quid verò magis conueniens est,
 quam summo mane se disponere ad recipi-
 endam benedictionem & dona Dei, qui

SPIRITUS
 PONTE

summo mane ad ea conferenda se offert. Siquidem ergo Sol iusticiæ, præuenit radios sensibilis Solis, ut nos cælestibus suis radiis instreret; quantum erit, si tu surgas ante ortum Solis, ut lucem illam recipias, quam Deus tibi offert; ne conqueraris, si non inuenias Materiam orationis, non surgens diluculo ad orandum illud inuenias. Nam, quæ admodum Israelitæ die tardius accedebant ad colligendum Manna illud non inuenientes, priuabantur illa de portione, & lassitudinis & famæque pariebantur; ita qui ex pigritia in lecto hærent; quando ea ad orationem accedunt, non inueniunt Materiam diuinæ consolationis. P. Christiano in digressione ait S. Augustinus, esse, quod Solis radius in lecto cente (si Sanus sit) inueniat; & rem fecerunt S. Ambrosius, quod clara lux Solis feriat oculum nolenti corporis. Si. n. curiosi diligenter Scholastici parum dormiunt, & multum vigiliant, & diluculo surgunt ad studia; Quanto magis quibus, ut tu vigiles, ac diluculo surgas ad orandum, & laudandum Deum? siquidem animæ ipsæ diluculo excitantur, teque ad id inuocant cantu suo. Si itaque cupis, orationem tuam audiri, diluculo surge ad orandum. *g. quomodo ad te orabo, Domine, (ait David) mane et dies vocem meam. Et ut est apud Iob: h. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotens fueris deprecatus statim euigilabit ad te, & precatum reddet habitaculum tuum. Quod si dicatur etiam in lecto te posse orare, eumque rigare lacrimis, sicut faciebat David; respondebo curæ*

Refert Tur-
recremata
Tract. 32. in
regul. S. Be-
nedicti.
In Psal. 118.
Serm. 7. v. 7.

g. Psal. 5. 4.
h. Iob. 3. 5.

S. Ambro-

S. Ambrosio: etiã i sponsam in lectulo suo pernoctans. n. potius est locus ad dormiendum, & non inuenisse. & non indulgendum, q̄ ad Orationem, nisi forte agros. Si autem sanus es, quamuis liceat in omni loco & tempore, Dei præsentis memineris: melius tamen est (ait S. Hieronymus) ut cum ipso Dauide, diluculo ex lecto surgas; corpusq; & manus ad Deum eleues.

CONSTITVE itaque horam, qua surgendum sit tibi ad Orationem, quæ ubi aderit, (vt ait Ecclesiasticus) k nontetrices: sed cum lætitudine & festinatione surge, cogitans Deum ipsum tuæ dicere illud Canticorū: Surge prope amica mea & Veni ad habitandū in foraminibus Petraræ; aut Angelū dicere, quod S. Petrus, cū dormiret in carcere inter duos milites: Surge velociter & praeingere, circūdati tibi vestimentū tuū & sequere me. q̄ vocē ubi audiueris, fac q̄ S. Petr⁹; de quo dicitur, & fecit sic sequens Angelū. lect⁹. n. etsi delicix sint carnis, est tamen carcer Spiritus, in quo ab inuisibilibus hostibus circumdatur, conantibus eum ibi detinere. Licet quoq; imaginari quod cum somnus sit mortis imago, lect⁹ quoq; sit sepulchrum; ex qua, constituto tempore pro somno, Angeli vocant tremenda illa voce: Surgite mortui, & venite ad iudicium. Et sicut mortui, in momento obedient illi voci, vt se coram supremo iudice, qui iudicaturus est illos, statim præsentēt, ita obediās tu, vt in oratione, te corā Deo præsentēs, petasq; misericordiā, colligas tuū Manna,

supra.
i Cant. 3. 1.

Epist. de Anti & Vtil. Vigiliarum Tom. 4. 3.

k Eccl. 32. 15
l Cant. 2. 10.

m Actol. 12. 7

SPIRITUS
PONTE



a Leuit. 6. 12.

ignemque deuotionis accendas, n quem

o Psal. 118. 92

Deus nutriti à Sacerdote, subijcitur lignum
per singulos dies. O Deus æterne, o cuius or
natione perseverat dies, quoniam omnia, qu
cunque creasti, seruiunt tibi, opto totum
pendere, perseverando in oratione, qu
seruiam. p Excita ergò me mane diluculo.

p Psal. 45. 6.

iuua me sicut sponsam tuam, vt orans, fa
oportet, tam copiosam obtineam benedi
onem, vt mihi sufficiat ad perseverandum
to die in feruore.

S. 2.

De Vigilis & nocturno tempore.

ALTERVM tempus Orationi ad
natum potest esse vespertinum, eoque
fit etiam p ea valde opportunum,
quam scilicet negotia & occupationes diei
sarunt. Hoc tempus magno in honore
pud Ecclesiam, quæ memor Christum
iussisse, nos a vigilare in quatuor vigiliis
expectantes aduentum Iudicis, rationes
bis exacturi, designauit tres nocturnos &
des, tanquam quatuor Orationis tempora,
quibus eius ministri vigilarent & orarent,
quid mirum (ait S. Ambrosius) si tu vigilas
salute propria orans, pro qua Saluator, h
pernoctans in Oratione Dei, orans feruent
ratione, digna eo, qui illam fundebat, Deo
& homine; Et eo, ad quem dirigebarat, & e
Deus, qua Deus. Dæmò (ait S. Augusti.) vigi

a Lucz 12. 38

a Mat. 24. 42

In Psal. 118.

b Luc. 6. 12.

semper in tuam perniciem, & tu non vigilabis
 quando, ut ei resistas? Et, si b *fabris noctem, tan-*
quam diem transigunt, ut vigilia sua perficiant
 quidque ob propria emolumenta tempora-
 ra: multò æquius est, ut vigilas tu in Orati-
 one, propter emolumenta spiritualia, quæ
 sunt maxima. Vigilando enim (ait S. Hiero-
 nymus) timor excluditur, fiducia compara-
 tur, domatur caro, omnia vitia deficiunt, ro-
 boratur charitas, ignorantia fugit, floret
 prudentia, & intellectus acuitur, & gladio
 Spiritus vulneratur, ac læditur Dæmon, qui
 vitiorum est caput; ac denique virtutes e-
 minenter comparantur. O si tantam salutis
 ac perfectionis tuæ sollicitudinem haberes, quæ
 expelleret nimum ad dormiendum affectum,
 troveret verò desiderium vigilandi? Si c *filia*
 (ait Ecclesiasticus) *patris est abscondita vigilia,*
& sollicitudo eius aufert illi somnum: Quis
 ergo magis est filia tua, quam ipsa anima.
 Quod si es sollicitus pro illa, ne pereat; hæc
 sollicitudo faciet te vigilare, ut pro eius cu-
 stodia & remedio ores.

POST QUAM ergo diei occupationibus
 satisfeceris, designa tibi aliquam horam no-
 ctis, qua te ad orandum recipias: sequens Iere-
 miæ consilium: d *Consurge, inquit, lauda*
Deum in nocte, in principis vigiliarum: effunde
sicut aquam cor tuum, ante conspectum Domi-
 ni. Aptè verò dicit: sicut aquam, & non
 sicut oleum; quod cum effunditur, semper
 relinquit aliquid adhærens vasi, in quo

SPIRI
PONTE

erat : vt intelligas, nihil eorum, quæ in
 diu egisti, debere cordi tuo adhærere ; sed
 omnia esse effundenda, & in dei præsentia
 constituenda ; vt ille, sicut potest, sub
 ueniat, & pro suo libitu de eis disponat
 desiderante, vt impleat Deus vacuitatem

Psal. 138. 12. hanc cordis tui, non re alia quam seipsum
 O Deus æterne in cuius conspectu et
sicut dies illuminatur, & in tenebris lucet,
gratias tuas communicare soles, doce me qua
 rere te de nocte ita vigilando & orando, ut
 inueniam, teq; fruam. Amen.

SED quoniam non potest corpori cogitationis
 ueniens somnus subtrahi, decet vt ex parte
 tua cures, somnum esse Christianum
 deuotum, vel aliquod breue tempus,
 ipso lecto orationi dando vel versando me-
 moria ea, quæ cum surrexeris mane
 cogitaturus, aut aliquam Orationem
 uotè recitando, aut denique Sanctam
 quam cogitationem ita ruminando, vt
 cogitanti somnus obrepat. Hoc enim tria
 gna commoda affert. *Vnum* est, quod liberat
 à malis somnijs, & bona adferat, de rebus
 ante somnũ cogitabas. *Alterum* est, quod cogitatione
 ties euigilaueris, inuenies cor tuum tenentem
 ga Deum D.N. & facile in breuẽ aliquã Ora-
 unculam erumpes ; quo fiet, vt matutino tem-
 pore, bene sis dispositus ad orationem prohi-
 orem, quia somnus non interruperit praesens
 dentem deuotionem. Hoc totum experiri
 S. Patres ; & ideo S. Hieronymus de se refert

Epist. 18.

se nati

ut nunquam consueuiffet fomnum capere, quin
 quoniam audiret, aliquid ex scriptura sacra le-
 gorem. S. Ambrosius consulit Virginibus, vt
 ponentur orationem Dominicam & psalmos
 recitantes, fomnum expectare. Et idem consu-
 lit Tyronibus S. Bonauentura, quo semper sint
 deuoti. Et S. Basilius suadet, ita incumbere, vt
 fomnus sit meditatio sanctitatis. Nam ideo in-
 cebat Deus, populum suum meditari in man-
 datis eius, *f dormientem ac vigilantem, g cum*
accumberet ac surgeret; tanquam desideran-
 tem, vt fomnus in ea meditatione inuaderet,
 quæ continuaretur statim ac euigilaret, sicut
 dixit Dauid: *h si memor fui tui super stratum*
meum, in matutinis meditabor in te. Et quan-
 doquidem Deus (vt dicitur in libro Iob) *i quã*
do irruit sopor super homines, & dormiunt in
stratulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens
eos instruit disciplina. AEquum est, te ita dispo-
 nere seruum tuum, vt non ponas obicem in-
 structioni diuinæ: Non quo tales reuelationes
 in somniis quæras, quæ sunt periculosa, sed,
 ne indignum illis te facias, & inhabile reddas
 ad instructionem, quam Deus offeret vigilan-
 ti. De sacratissima Virgine Domina nostra, ait
 sanctus Ambrosius, quod cum dormiret cor-
 pore, mens eius vigilaret in oratione. Ita vt
 compleretur in ea, iuxta literam, quod dicitur
 in libro Canticorum: *k Ego dormio, cor meum*
vigilat. Hoc ait S. Ioannes Climachus, solet
 Deus concedere ijs, qui magno feruore & cõ-
 tinuatione, huic exercitationi se tradunt: Est-

Lib. 3. de
Virg.

De reform.
Nouit. p. 1.
c. 9
Orat. 2. de
precat.
Et hom. in
Iulitham
Mart.
f Deut. 6. 7
g b. 11. 19
h Psal. 62. 7
i Iob. 34. 16
Vide S. Greg.
l. 23. Mor. c.
12.
S. Tho. 2. 29
172. a. 1. ad 2.
q. 95. a. 6.

Lib. 2. de
Virg.

k Cant. 5. 2
Gradu 10.
ad fin.

SPIRITUS
PONTE

que bonum id ab eo petere, dicendo humiliter: O Deus æterne, qui es cor & amor iustorum qui tecum conuersantur: vigila tu, Domine, me, quando ego dormio, talem mihi somnum concedens, qui initium sit feruentis orationis in vigilia habendæ. Amen.

§. 3.

De oratione in omni loco & tempore continuata.

VLTERIVS etiam necesse est progrediatur diligentia nostra, si desideramus implere, quod sacra scriptura nos monet, de frequentia, continuitate, & perseverantia in oratione, dicens, ut oremus in omni loco, & tempore, nullo prorsus excluso; alius gans ad id multas rationes, in præcedentibus capitibus insinuat, quarum hæc est summa.

1. **E**S T autem prima: quia in omni loco & tempore, necessaria est observantia divinis legibus: ad quam necesse est, a *multiplicare orationem, & semper in ea meditari.*

Eccl. 35. 1.
Deut. 6. 7

2. **S**ecunda est: quia in omni tempore, indigemus Dei auxilio, ad animæ vitæ consecrandam; sicut respiratione ad vitam corporalem. Necesse itaque erit *hos operire frequentem, & attrahere* (ut ait David) *spiritum à quo vita dependet.*

2C. 318. 131.

3. **T**ertia est, quia in omni loco & tempore *vigilat aduersarius noster Diabolus, & talis quam leo rugiens circuit, quærens quem devorare possit.*

1. Pet. 5. 8.

ut, cui ut resistamus fortes in fide, necesse est vigilare, valdeque instanter orare in omni tempore. Non audes (ait S. Chrysostomus) exire inermis; & absque gladio, cum habes hostes: & audes sine oratione exire, à hostibus circumdatus?

Quarta est, eò quod ignis amoris proprii, fit continuus vermis virtutis spiritus, quam tandem consumet, nisi reparetur e quotidianopane, quem impetrat oratio. Et ideo eum peris tantum pro hodierna die, cum dicis: *Danobis hodie*, ut cras eundem petas, & singulis diebus donec *hodie cognominatur*, qui (ut ait Apost.) est totum tempus huius vitæ.

Quinta, quoniam ignis charitatis in altari cordis, est extra suam spheram, à multis hostibus obsessus, qui illum debilitant, & quasi extinguunt; nisi quotidie & singulis horis gratias frequentibus meditationibus & orationibus, quibus conferuetur.

Sexta, quoniam in omni loco & tempore, accipis à Deo innumera beneficia; meritoque timebis, venturum ipsum tanquam Iudicem, qui actionum tuarum rationem exigat, æquum est, h sine intermissione orare, aut gratias agendo, pro acceptis beneficijs; aut veniam petendo, de culpis admissis. Hæ sunt summam rationes, quæ te obligant i *semper orare*, & non desicere, sicut ipse Saluator monuit. Ne verò hoc tibi videatur impossibile aliam summam subiiciemus, qua ostendentur modi, id ipsum exequendi.

d Luc. 21. 36.
d Ephes. 6. 18

Hom. 70. ad
pop.

4.

e Matt. 6. 12.
e Luc. 11. 3.

f Heb. 3. 13.

5.

g Leuit. 6. 12

6.

h Thef. 5. 17
h Gal. 3. 1
h Luc. 21. 26

i Luc. 18. 1.

SPIRITUS
PONTE

Ex quo etiam fit, vt semper censearis orare, semper conserues fructus orationis: quæ in eis, & per eos semper clamat, ad eum modum, quo dixit Eccles. *1 Conclude Eleemosynam in corde pauperis, & hac prote exorabit & liberabit ab omni malo.* Nam (vt S. Thomas aduertit) effectus orationis in proximos, beneficijs eos ad orandum pro nobis prouocantes, vim habent orationis; licet multò maiorem vim illi habeant quos in nobis efficit: quia addunt nos deuotos. Id enim voluit Dauid, cum dixit: *Reliquia cogitationis diem festum agent tibi.* quia scilicet nos prouocant ad orandū; & gaudere faciunt fructibus, ex ipsa oratione prouentibus.

VENIAMVS nunc ad ipsamet orationis exercitia, quæ, quo ad nobis possibile erit, iuxta facultatem nostram, frequentissima esse debent. Hoc verò quatuor modis explere possumus.

PRIMUM summo rigore seruare tempora ad orandum constituta, à quibus nunquam desistamus, vllius humani respectus causa: nisi necessitas manifesta interrumpere ea cogat. Sicut S. Daniel, qui *n consueuerat* ter in die orare, nunquam voluit eam consuetudinem deserere, nec ob negotiorum multitudinem, quæ in regni gubernatione habebat: tãquam vnus ex tribus principibus, quibus Rex confidebat; nec ob timorem *mortis*, quam idem Rex fuerat minatus ei, qui *spatio triginta dierum Deū rogaret.* Et quamuis, durante lege, potuisset esse

4.
Eccles. 29. 15
2. 2. q. 84. ad
14. ad 4. &
lect. 5. ad
Rom. 1
m Psal. 75. 11.

S. Thom.
supra.
I.
Dan. 6. 10.

SPIRITUS
PONTE

cap. 2.

esse cōtentus semel orare, idq; occultè, claudens domus suæ fenestris, & non Ierusalem vertit sicut ante consueuerat: noluit tamen quocumque suæ consuetudini detrahere, ne ipsam orationem & feruorem in ea imminueret. Nā si vna circumstantia bonæ consuetudinis intermittatur, via aperitur ad eandem omnino consuetudinem prætermittendum Illustratur tamen est exemplū Christi D.N. qui consuetudinem eundi ad orandam in horto Gethsemani, non interrumpere noluit, licet esset conscius, se esse comprehendendum. vt sic apparet, quod ipse faceret sancto huic exercitio non esse.

2.

Secundus modus est, breui aliqua oratione singulis diei horis se exercere, ita vt pulsatio horologii excitet nos ad orandum, quò orationis cursus, iuxta consiliū S. Chrysostomi, totius diei cursui cōquetur; imò & nos quoties horologium in ea audierimus. Et sic ut campana, quæ ter in die pulsatur ad laudandam Beatam Virginem nos excitat, ad faciendum; ita illa, qua pulsatur ad sacrum Missæ, ad vespèras, & alias horas, excitare non potest, ad hasce breues orationes, accipiendū hinc bonam consuetudinem orandi, quoties Campanæ audiuntur.

Lib. 3. de orando Deū ad finem.

3.

Tertius modus est, certum numerum orandi præscribere, septimum videlicet aut nonum quem expleamus in decursu diei, à matutino tempore, vsque ad horam prandij; & ab hac hora firmiter vsque ad horam incumbendū

obstringendo nos ad id certò præstandum; mostra aliqua poena, si quam orationem omiserimus; vt hac occasione multas alias orationes expleamus, exercendo videlicet illas, quæ iaculatoriæ vocantur; & tanquam hastæ vel sagittæ, procedunt ex corde, breuissimè & acutissimè, sed cum tanto feruore & frequentia vt hæc suppleat earum breuitatem, pertingâtque ad ipsum cœlum; Deique o cordis (si ita loqui licet) infixæ, illud vulnerent, & accessum inueniant ob amoris vnionem. Tales orationes frequentes erant apud antiquos Patres, valdeque approbatæ à Sanctis Basilio, Augustino, Chrylostomo, & alijs spiritualibus Patribus; & præclarissimo exemplo confirmatæ Christi D. N. in cruce, vbi tres horas, magnos cruciatus sustinuit; & interdum aliquam ex his sagittis ardentissimo feruore iaculabatur. Primum enim dixit. p *Pater dimitte illis, quia nesciunt, quid faciunt;* & post vnâ horam: q *Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me?* & postea: r *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Quo exemplo nos docuit, iaculatorias orationes, ob aliquem ex tribus finem, esse iaciendas, in bonum scilicet proximorum. aut nostrum in hac vita, aut in æterna.

o Cant. 4. 9.

S. Basil. 1. de conitit. mo
 nast. c. 2.
 S. Aug. epist: 121. c. 10.
 Cassian. lib. 2. c. 10. & 11.
 & col. 4. c. 35
 S. Chrylost: Hom. 73. ad pop.
 p Luc. 23. 34.
 q Mat. 27. 46
 r Luc. 23. 46

SPIRITUS PONTE

S. 4.

De coniungenda oratione externis & actionibus.

NEC sine mysterio Christus D. N. in cruce has orationes, inseruit alijs verbis in ipsa cruce, quibus allocutus bonum latronem, matrem suam, ac discipulum; & clamando: Sitio, vt sitim suam temperaret: quo exemplo nos docuit quantum ad modum semper orandi, ingerendo scilicet in modum orationes alijs operibus & occupationibus huius vitæ; ita vt a *vestimenta* Spiritus sancti scilicet opera, afflentur *odore tharis* à fine usque deorsum: inchoando scilicet semper (vt ait S. Dionysius) ab oratione, pergendo in eisdem, & finem eis imponendo varijs affectibus deuotionis. Interdum exemplum operis, licebit tibi occasionem accipere, ad petendam à Deo aliquam virtutem, in ipso opere insinuat: vt cum te induas, petas à Deo, vt te veste pretiosarum virtutum induat; si exuis te, petas à vitijs tuis exui, manus lauas; pete vt cor tuum lauet, & opus purificet; si comedis aut bibis, pete animæ perfectionem. Interdum licebit breuem aliquam considerationem ex ipso opere deducere, quæ ipsum comitetur. Sicut S. Bernardus ait, cogita in labore causam tui laboris, vt poena, quam sustines, reuocet in memoriam culpam, quam illam pateris. Cogita etiam præmissa

a Cant. 4. 11.

c. 3. de diuin. nominib.

serm. de duab mensis.

laboris, ut animas teipsum ad illum libenter
contemplandum; aut cogita legem Domini, cui
omne opus, debet esse conforme. Nam (ut ait
Dionysius) qui pingere vult imaginem, ad
imitationem alterius; modo respicit ipsam I-
deam, & modo aliquid facit ad eius imitatio-
nem. ut et ansumptum fit conforme Ideæ ori-
ginali. Et faber (ait S. Bassilius) facit suum opus
contemplando Ideam, quam proposuit is, qui
opus imperavit. Sic tibi facienda sunt opera
omnia, ut sis memor Dei legislatoris, qui ea tibi
præcepit, legem quæ & normam siue exemplar
eorum dedit. Et hic est excellentissimus oran-
di & operandi modus, *levando scilicet* (ut
ait Ieremias) *corda nostra cum manibus, oculis,*
& lingua ad Dominum in caelos: oculos, ad
contuendum Deum præsentem; Cor, ad dirigē-
dum in eundem tua desideria: Linguam, ad
auxilium petendum; Manus, ad executionem
illigentem eorum, quæ ipse præcipit. c Non
obliviscaris (ait Sapiens) *amici tui in operibus*
tuis. Quis autem magis tibi amicus, quàm Deus,
ut non obliuiscaris eius, cum aliquid feceris.
Hoc modo orabant, & laborabant Monachi il-
lustrati antiqui, de quibus refert Cassianus, quod dum
manibus laborarent, non omittebant medita-
tionem psalmodiarum; sed simul breves oratio-
nes coniungebant, totum diei tempus in his of-
ficiis consumentes, quæ alij statuto tantum
tempore celebrarè: Ita ut quid ex quo pende-
ret, haud facile posset à quoquam discerni: id
est, utrum propter meditationem spiritualis

c 4. de divin
nomin.

Reg 5 exful-
sis & reg. 306
ex brevi in
id: sicut oeu-
li sanorum
manib Do-
minorum.

b Thre. 3. 4

c Eccl. 37. 6

Lib 3 c. 2.

Lib 2. c. 14

SPIRITUS
IN FONTE

continuum manuum opus exerceat; au-
 pter operis perpetuitatem, tam prædicationis
 spiritus profectum, scientiæ quæ lumen acci-
 rere. Quorum exemplo (ait S. Augustinus)
 discere meritò debent ignavi ac tepidi, po-
 bile esse, corpore attendere ad externa opera
 & simul spiritu ad interna. Et quidnam effu-
 boriosus potest, quàm pugnare contra fo-
 aduersarios? Audi igitur, quid scriptura
 uina dicat de militibus Machabæis: dicitur
 (inquit) *Et qui cum eo erant, inuocato Deo
 orationes, congressi sunt, manu quidem potentes,
 sed corde Dominum inuocantes; pro deo
 Dei magnifice delectati, qui ita illis assidue
 experientia ipsa admirandum eius auxilium
 agnoscētes, & hoc modo licebit implere.*

Lib. de ope
 e Monach.
 c. 7.
 s. Bern. ser.
 de duabus
 mensis.

1. Machab.
 vii. 26.

1. Tim. 2. 8.

Apostolus præcipit dum ait: *e volo viros
 in omni loco, leuantes puras manus sine
 disceptatione, qui non exprimit viros, vi-
 lieres & iuuenes excludat; sed vt significet
 qui heroicum aded consilium sint secuti
 viros esse debere, in virtute & animi fortitudine,
 imitantes Angelos custodes, qui cum
 cum vnum sibi designatum habeant, cui
 videlicet Empyreum, vbi Deum vident, &
 miliariter alloquuntur: quando tamen
 exeunt, ad terram descendentes, sicut Raphael
 ad commissum sibi munus exequendum
 propterea intermittunt cum Deo agere,
 quocunque loco & occupatione versentur.
 Sic igitur viri Angelici, etsi loca habeant
 rationi deputata, vt prædictum est; quando*

...inde exeunt, non propterea intermittunt
...in omni loco, & occupatione occurren-
...Nam (vt ait S. Hilarius) in omni loco cor-
...pore, suum habent cubile internum, in quo
...iam Deo orationem offerant. O Deus omni-
...potens, ostende in me tuam omnipotentiam,
...conseruanda memoria tuæ præsentia intra
...meum spiritum, etiam dum laboro corpore;
...siquidem iubés, me *semper orare & non de-*
...*ficere*; doce me orationem externæ actioni
...coniungere, vt altera alteram iuuat, ne defi-
...ciat. Amen.

Can. 5. in
Mat.
S. Ambr. l. de
sacris. c. 3
S. Chrysof
hom. 79 ad
pop.
Greg. l. 18.
Mor. c. 5.
Luca. 18. 1.

§. 5.

*De perseverantia in oratione vsque
ad mortem.*

IMPONEMVS nunc finem ijs, quæ ad no-
stram cum Deo familiaritatem spectant,
dicentes: Christum D. N. non solum iube-
re nos *semper orare & non deficere*, orationem
scilicet intermittendo, sed etiam perseverare,
& non deficere in eius fervore, quoad omnes
circumstantias feruentis orationis: ita vt neq;
deficiat, in Dei præsentia cogitanda, nec in at-
tentione & reuerentia tantæ Maiestati de-
bita; nec in fiducia, nec in substantiali de-
votione, nec in ordinaria continuitate: sed
in his omnibus esse perseverandum vsque
ad mortem. Nam vsque ad illam horam,
non obtinetur præcipuum bonum, quod
per eam quærimus, vita scilicet æterna,

X 2 & sub-

SPIRITUS
SANTUS

In Psal. 65.
ad finem.

& sublime donum perseverantia in eius gratia, quod est omnino necessarium, ut patet nobis ingressus ad gloriam: Et hoc quidem naturæ nostræ procul dubio difficillimum quæ facillè lassatur in oratione, dum tenet cum intentum ad iaculandum fortiter laborat. Et ipsa experientia docet nos, quod S. Augustinus ait; multos iustos initio sua confessionis, ferventer orare; mox tepidè; dein desidè; ac denique negligenter; & in specie tantum; ita hoc exercitium interruptentes, parvi faciunt, si orationem per dies aliquot permittant, aut se ad eam non præparent, eo quæ in illud maledictum Ieremiæ in curia dicentis: a *Maledictus qui facit opus Dei frigidè.* Quod enim aliud opus magis propriè dici potest Dei, quam familiaritas cum ipso? Quidquid enim in ea fit, Dei est: ipse Deo fit, cum Deo & in virtute Dei: & ita angelista appellat *orationem Dei*. Dignè itaque est tali maledictione, qui huiusmodi opus facit negligenter. Contemnit enim Dei maiestatem, cum quo agit. Quæ autem

a Iere. 48. 10

b Luc. 6, 12

c 2. Reg. 1. 21.

d Eccl. 18. 21

rit eius maledictio, nisi quæ dicta est à Deo in monte Gelboe, quod scilicet *ne res pluit & cælestis veniat super eum*, nec quæ manna Angelorum, nec resplendat ignis & factuum diuinorum, nec pars ceps fiat consolatorum, nec cæterorum bonorum; quæ secum affert oratio, quando fit, ut portet. Amplectere itaque sapientis consilium dicentis: d *Non impediaris orare semper.*

peruenis vsque ad mortem iustificari, quoniam
 merces Dei manet in aeternum. Quasi diceret,
 multa occurrent tibi impedimenta ad conti-
 nuandam orationem, & perseverantiam in ea
 usque ad mortem: sed nullo eorum patiaris te
 impediri, aut orationem intermittas. Si enim
 ad ea destiteris, amittes iustitiam & sanctita-
 tem. Simul enim, pari que passu incedunt con-
 tinua oratio, & continua sanctificatio. Et quod
 vnus continuationem impedit, etiam impedit
 continuationem alterius; & qui impedimenta
 remouet vnus, simul quoque remouet alterius.
 Expediit autem illa remouere, quia merces v-
 triusque non perit: sed aeterna est, nec est limi-
 tati, sed immensa. Quia est ipsemet Deus, &
 bona quae ab ipso preueniunt. O Deus aeternus,
 cuius est donum perseverantiae, concede mihi
 in oratione perseverare usque ad finem vitae,
 sicut tu vis, ut sic perseverem etiam in iu-
 stitia, sicut per gratiam tuam
 dignus, qui perueniam ad a-
 ternam vitam A-
 men.



SPIRITUS
 PONTE

CAPVT XX.

DE VISITATIONIBVS
internis Dei in oratione collocutionibus earum admirandis proprietatibus effectibus, & causis; medijsque ad eas impetrandas.



V. M. haftenus egerimus de modo, quo nos visitamus & colloquimur in oratione cum Deo. Constituentes nos in eius praesentia, & familiariter cum eo agentes.

est nunc explicare, qua ratione ipsemet Deus visitet, & alloquatur nos in ea, ut enim est dictum, familiaris in oratione tractatio colloquium & sermocinatio inter Deum & animam, amicabiliter utroque conuersatur, estque illa animae felicitas, quod Deus in cor loquatur. Ut enim ait David, *quia*
a Deus in nobis loquitur, loquitur pacem,
stabilitatem, & sanctitatem, in plebem suam,
in stras videlicet potentias: est enim valde
libilis; loquiturque libenter cum eo, qui ipsum
& alloquitur: nam cum simplicibus sermocinatur
eius, respondet ad interrogata, & interrogat

a psal. 84. 9

PROVER. 3. 32.

respondetur. Quemadmodum apparet in
 colloquio cum Iob habitis; & iis, quæ in libro
 Canticorum referuntur, ac proinde, quod
 nobiscum loquatur, non interturbat o-
 rationem, sed facit feruentiorem, iuuatque vt
 profequamur: sicut duo amici conuersa-
 tionem suam mutuam fouent, inuicem le au-
 dentes & loquentes. Ex quo fit, vt non deceat
 oratione nimios & inportunos esse in lo-
 quendo; quin desistamus ad tempus, instar e-
 us, qui audit, & audit, quid illi deus di-
 cere ac inspirare velit. Exemplo pauperum,
 qui postquam suam pauperatatem & necessita-
 tem proposuerunt, & Eleemosynam ac reme-
 dium petierunt, tacent, expectantes, quod
 dederunt. Quod silentium non est otiosum;
 sed est assistere presentia Dei cum viua qua-
 sita & reuerentia plena attentione, expe-
 ctando eius misericordiam, & internum do-
 num, quod petimus, sicut dicebat Habacuc: b
Et custodiam meam orationem scilicet ora- b Habac. 2. 1.
Et signum gradum super munitionem, & con-
templabor, vt videam, quid dicatur mihi: &
quid respondeam ad arguentem me. Varijs e-
 nim modis deus loqui consuevit, exhortando,
 docendo, consolando, & reprehendendo; qua-
 situm me esse decet, vt audiam quid mi-
 dicat; & quid ego possum respondere, vtens
 eius doctrina, respirans eius consolatione, &
 accipiens correctionem.

Sed latet mysterium (vt aduertit S. Greg.) *Lib. 3. n. 11. c. 24.*
 in illo verbo Prophetæ *vt videam.* Et si enim

SPIRITUS
 PONTE

vox non videtur, quia non est obiectum visus
 sed auditus: at interna tamen Dei verba non
 solum audiri, sed etiam videri dicuntur, ob
 signem coelestem lucem, quam secum adferre
 quæ dat citissimè verborum Dei intellige
 tiam: sicut oculi in momento res præsentia
 vident, & Deus D.N. vel unico verbo intema
 & in momento, ostendit plures veritates, quæ
 possint homines nos multis annis docere. Ita
 quia in familiaritate cum Deo auditus est
 cit visionem, iuxta illud Iob: *c. 42. s.*
audiu te, nunc autem oculus meus videt te.
 Nam per admirandos effectus verborum eius
 videmus & cognoscimus Dominum, qui nos
 visitat, & talia loquitur. Et in hoc proprie
 consistit visitatio Dei, qui, cum sit in omnibus
 creaturis præsens (vt supra est dictum) pro
 pterea solum dicitur de nouo venire, iube
 re, & amicos visitare, quando illis manifesta
 se esse cum illis; talia dona eis communi
 cando, vt ex ijs ipsi agnoscant assistentiam
 & præsentiam eius in ipsorum cor
 bus.

§. I.

*De necessitate Visitationum
 Dei.*

SED vt magis appareat necessitas hanc
 visitationum, obseruandum est, quod
 sicut perfectio vitæ actiua, & Contem
 platiua, vt plurimum obrinetur exercitiis

mortificationis & Orationis : ita hæ visitationes Dei eum scopum habent , vt nos iuuent neantq; in eisdem exercitijs ; præmiumque tribuant illius curæ , quam in eis collocamus: ita vt diuinam vnionem cum Deo comparemus, & perfectionem, quam desideramus. Et tunc est quod Deus D.N. duobus præcipuè temporibus visitet amicos suos: quando scilicet illi versantur in mortificatione & Pœnitentia, aut sunt in aliqua afflictione & calamitate constituti ; & quando occupantur in Oratione, aut ad eam se præparant , præsertim si sit proluxa, & mortificationi coniuncta , per luctum verbi gratia cum distractionibus & ariditatibus. Et cõtendunt verba illa sponsi : a *vadam ad montem myrrhæ & ad collem thuris.* quasi diceret, visitabo & fouebo eos, qui per montem mortificationis, & per collem orationis ascendunt; eritq; mihi periucundum eos consolari, qui ad culmen peruenerint. Quid aliud (ait S. Gregorius in eum locum) est mōs myrrhæ, nisi solida, & alta in ipso opere mortificatione? Et quis collis thuris, nisi magna in Oratione humilitas? Tunc sponsus venit ad hunc montem & collem, cum familiariter visitat eos, quos videt contendere in altum, per mortificationem viciorum & distractionum, inuauiterq; fragrare per puras & humiles orationes. Quid verò ex hac Visitatione oritur, nisi quod iusti, tanquam arbores myrrhæ & thuris, in hoc mōte & colle plantati, pretiosos suos liquores, in maiori abundantia & excel-

a Cant. 4. 6.

S. Greg. in eū locū Richaz libell. de amore sponsi & sponsæ.

SPIRITUS
PONTE

Cant. 4. 16.

lencia proferant, dum altiores ac feruentiore affectus exercent mortificationis & orationis. Id quod sensit sponsa ipsa cum dixit: *Uent auster, perfla hortum meum, & fluant aromata eius*, liquores scilicet odoriferi instar lacrymarum, quæ fluunt ex oculis. Hoc significans, quod Spiritus S. visitatio, per Austri: um ventum humidus & est calidus, significata, erat necessaria ad ita emolliendum cor, ut abundanter proferret teneros deuotionis affectus, dulcesque lacrymas ex oculis, & feruentia opera per manus. Illa est enim *c myrrha probatissima quam sponsa manus stillant*.

Cant. 5. 5.

EX QVO fit, ut hac Dei visitatione cessante, aut cessent hæc exercitia, aut illorum feruor: quia videlicet desijt ea, quæ illa conseruabat & extimulabat, iuxta illud Iob:

Iob. 10. 12.

Visitatio tua custodiuit spiritum meum: quod diceret, absque tua visitatione, nec durare potest vita gratiæ, quam mihi dedisti; nec dona, quæ ex misericordia mihi communicasti; nec spiritus Cœlestis, quem in me infundisti: & si illa deesset, mox ruerem ex morte mortificationis, quæ conuerteretur mihi in amarâ mortem; descenderem quoque ex colle orationis, conuertens eam in mole-

Eccl. 34. 6.

stam distractionem. Nam (ut ait Sapiens) *peccat parturientis, cor tuum phantasia* vanas patietur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Quot imaginationes a deo prurbatas? quot fluctuant affectiones? quot importunas turbationes paritur miserum cor, quando Deus illud non visitat?

Est enim

inenim instar montis Gelboe, à quo Deus non
 transit : cum tamen montes, qui
 in circuitu eius, visitet: cuius cordis dam-
 nificet S. Bernardus dicens: Ex hoc proce-
 dit sterilitas animæ meæ; ac deuotionis de-
 fectus, quem sustineo. vnde ita exsiccatum
 est cor meum, & anima mea facta est sicut
 terra sine aqua? non possum lacrymas fundere,
 non inuenio in psalmis saporem, non delector
 seditione bonorum librorum, non me recreat
 oratio, nec aditum inuenio ad meditationem,
 sed opera manuum; factus sum piger, in vigilijs
 somnolentus, præcepis in iram, in odio perti-
 nax, liber in lingua, & effrenis in gula. Heu
 michi, quia visitat Dominus montes qui sunt in
 circuitu meo, ad me autem nunquam appropriat?
 Num ego vnus sum ex collibus, quos transiit *(Cant. 2. 3.)*
Sponsus, ut illum non contingat? Nam ali-
 um video abstinentiæ singularis, alium admi-
 randæ Patientiæ; Hic mente excedit Deo
 in Contemplatione: ille Cœlos penetrat o-
 rationis instantia: Alij in varijs virtutibus ex-
 cellunt, sicut montes, quos visitat Domi-
 nus, in quibus *salit* exultatque Sponsus ani-
 marum sanctarum. Sed ego miser, qui nihil
 horum sentio, quid aliud sum quam vnus ex
 montibus Gelboe, à quo, ita meis peccatis e-
 mergentibus, transit Dominus ille, qui cæteros
 montes benignissimè visitat? Hæc S. Bernardus,
 qui in seipso ad viuum depinxit, quod in alijs
 geritur: quos Deus, visitationes suas subtra-
 heq; castigat, eo quod ipsi, myrrhæ montem
 horreant

SPIRITUS
PONTE

horreant; nec velint in colle thuris consistere
reijciunt Orationis exercitia, ne vel modicum
mortificentur. Ex quo prouenit, vt ventus

g Cant. 4. 15.

auster Spiritus Sancti cesset, perflare hortum
animarum eorum, eiusque loco perfleret *Aquas*
maligni Spiritus, qui eas frigidat, & aridas re-
dit: vique; spoliat, ac propensione ad opera bo-
na: & contra impetu quodam magno impellit
ad mala. Quamobrem tremere (inquit *Spiritus*
Sanctus) deberes, cum hanc diuinam visitatio-
nis gratiam subtraham tibi experiris. Ea enim
cessante, tu deficies: quia, quicquid boni

h Job. 10. 12.

habes, simul deficiet tibi. Nam h *visitatio* est
qui *custodiebat Spiritum tuum* deferuit te. Re-
deas itaque; ad te ipsum & cum Dauide clama

i Psal. 5. 4.

Deum: *Memento mei Domine: visita me*
salutari tuo, vt videam & fruam bonum electorum
tuorum; & later in letitia sicut illi letantur

k Psal. 79. 15.

& tu lauderis à me sicut ab illis. k *Deus*
tuum conuertere respice de Cælo & vide. & visita
vineam istam, & perfice eam, quam plantasti
dexteratua. Nam opus, quod tua Omnipoten-
tia fecit, beneuola tua visitatio conseruet
ac perficit. Iube *ventum Aquilonem fugere*

l Cant. 4. 16.

Austrum vero venire & *perflare hortum* animarum
meam, vt eius arbores, potentiam videlicet, di-
uino spiritu afflatae heroicis actus su-
os proferant. A-
men.

§. 2.

De effectis visitationum Dei.

EX DICTIS aperitur nobis via, ad explicanda ingentia bona, quæ secum afferunt visitationes Dei: ab eis siquidem profuunt omnes feruores, deliciae, tenerique affectus, qui modos orandi hæcenus indicatos continentur, præcipue verò tres illi admirandi effectus, quos memorie præsentia Dei tribuebamus, quæ valde acquiritur eiusdem Visitatione, qua recipit anima nouus Spiritus & feruores, ad exercendas Virtutes omnes spectantes ad tres illas vias, Purgatiuam, Illuminatiuam, & vnitiuam. Vehementer enim amat puritatem, delectatur mortificatione, profectum suum desiderat, imitationi Christi studiose vacat, suspirat vniõnem cum Deo, velletq; semper occupari in rebus obsequij eius, in qua propterea impletur quod ipsemet Dominus in libro Canticorù dixit: *Veni in hortu meum messui*

Cap. 5.

a Cant. 5.1.

myrrham meam cum aromatibus meis, comedite *lactum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo, comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.* Nam in his verbis, exprimit nobis tres modos suauissimos, quibus ipse animas visitat, ijs accommodatos, qui tres prædictas vias ambulant. *Primum* enim venit ad eas tanquam messor cum falce sua in manu, vt metat myrrham, multaue alia aromata; feruentes infundens affectus hæ-

roicæ

SPIRITUS
SANTUS

roica mortificationis; & pposita efficacia
 rimū de hac myrrha colligendi, non gran
 vnum post alterum, sed messoris instar, qui
 no ictu multa colligit; nec solam myrrham
 sed omium virtutum moralium exercitum
 nem, quæ sicut aromata, ita cor recreant
 confortant. *Mox* eisdem animas visitat
 rens secum fauuta, non aridum, sed cum
 melle intra ceram; infundens magnum
 men veritatum fidei, cum tenero sensu
 riorum, in eis latentium; communicans
 lis dulcedinem, vt intellectus comedat,
 veritatibus delectetur; Voluntas autem
 creetur virtutibus, quas in illis inuenit. *Tan*
dem illas visitat, poculum afferens vino
 num, sed cum lacte mixtum, vt extinguat
 tim vino affectuum feruentium; fortium
 efficacium, tanta Spiritus abundantia & feru
 re, vt illas inebriet, faciat que extra se,
 vt se ipsas excedant, & ultra quam possunt
 operentur, quamuis cum ingenti suauitate
 puritate ac discretione, quæ per lac admirabilem
 significatur, quod procedit ex ipsis Dei visceribus,
 qui Matris instar, ita filijs suis inuisceratur,
 get, & ita cuique consolationem affert, vt
 profit.

S E D illud magis in admirationem inducit,
 cit, magisque afficit, quod supremus
D E V S noster tantopere oblectetur his
 visitationibus, & horum donorum distribu
 tione. Non enim ita de eis loquitur, vt
 si ea donet; sed quasi eadem ipse accipiat

que firmitatem ex eis ipse haberet. idem exprimit Phrasis illa qua utitur. Quidem est (aut Sanctus Gregorius) venire Christum in hortum suum, nisi visitare animas, in quibus ipse valde recreetur? Et quid est myrrham suam metere cum aromatibus suis, nisi valde oblectari odore mortificationis, & fragrantia reliquarum Virtutum, quas illæ exerceat? Et quid aliud est *favum* comedere cum *melle suo*, nisi oblectari, quod videat, eas in praxim deducere veritates illas cum sensu & delectatione earum? Et quid denique est *vinum bibere cum lacte suo*, nisi exultare, quod videat illas contingentes amorem cum puritate, zelumque cum discretione & scientia?

Et hoc totum appellat *suum*: quia ipsius est myrrha mortificationis, ipsius est favus mellis, vinumque & lac meditationum, effectuum, & exercitationum sanctarum, quæ feruent in spiritu, cum dulcedine quam solum afferunt. Nam ipsius visitatio hoc totum affert; & ab ipso illud accipimus; & in hoc ipse epulatur, quod videat in nobis sua dona, & nos in eis proficere. & tunc ipse hæc opera comedit & bibit, cum ea approbat, in eis sibi complacet, & tantam suam acceptat. Et quo constantes in eis sumus, animum internè addit, ut iterum comedamus, & bibamus, eisque inebriemur, pergentes in eisdem exercitijs maiori semper fervore, obliuiscetes delectatio-

SPIRITUS
PONTE

lectationes omnes terrenas, & coelestes
 spirantes: aggredientes insignia facinoroso-
 bus semper ditescamus, iuxta illud David
b Psal. 64. 10 *visitasti terram, & inebriasti eam: & mu-*
ltiplicasti has pluias, vt locupletares eam
 tiis & donis scilicet tuis. O ipse creator
 animarum siquidem nostris operibus tan-
 pere delectaris, *c veni in hortum meum, &*
e de fructum pomorum meorum: visita
 Domine, dulci praesentia tua, non ob
 delectationem, sed ob tuam; largire
 dona gratiae tuae, non solum, vt ex ego
 edam, sed vt tu comedas; magnaq; glori-
 laus tibi propter illa reddatur.

c Cant. 5. 1.

d Psal. 105. 5.
 vt lauderis
 cum heredi-
 tate tua.

Hic finis est in quem petere liceat haec
 visitationes, gratiasque ab ea prouen-
 tes; non ob dulcedinem, quam secum ab-
 runt, sed vt *laudetur Deus* in eis, & ma-
 gnum tu spiritum resumas, ad laborandum
 teque dignum reddendum, cui alia ma-
 ra conferantur, ad eadem magis seruandum.

S. 3.

Quae sint visitationum Dei indicia.

SED quoniam in hac materia, maxi-
 momenti est ipsa experientia, hinc
 mam quandam hic ponemus indiciorum
 & stupendorum effectuum verarum Da-
 visitationum, ex eo acceptam, quod quibus
 testis magni nominis fuit expertus, & in
 peis.

ad nostram consolationem reliquit, te-
nos nos faciens, si in exercitiis Orationis su-
positis perseveremus, fore, ut ean-
experientiam consequamur. Est autem
Sanctus Bernardus, qui ita ait: Si quis no-
rum integrè & perfectè iuxta verbum sapi-
entis, a cor suum tradat ad vigilandum di-
culo ad Dominum, qui fecit illum: & in
spectu altissimi deprecetur: simulque vo-
omnibus studeat, secundum Esaiam pro-
phetam; b parare vias Domini, rectas facere
vias Dei sui, cui cum propheta possit di-
cere: c Oculi mei semper ad Dominum: &
quia d providebam Dominum in conspectu meo
semper: nonne hic accipiat benedictionem
a Domino, & misericordiam a Deo salu-
tari suo? visitabitur profectò frequenter: nec
quam ignorabit tempus visitationis suæ: quã-
cumlibet is, qui in spiritu visitat, clandestinus
veniat & furtivus: ut pote verecundus amator,
cui aduentus semper det testimonia & in-
dicia.

Hæc indicia sunt duplicia. Quædam præ-
monent, ipsum Deum velle visitare animam, iã
cumq; appropinquare: Alia indicant, iam venif-
ic, & cum ipso esse, præsentia suã illi blandien-
do. Prima sunt impulsus, & admonitiones in-
teræ quæ movent animam, ut purificetur &
sanctificetur; & ut à tumultibus liberata, sit
quæta. Nam teste Davide e iustitia ante eum
ambulabit, f & iustitia & iudicium præparatio
sedis eius. Et ipse Dominus dixit: g Beati mun-

L. D. P. Tract. I. Y do cor-

Serm. 57. in
Cant. F.

a Eccl. 39. 6.

b Isa. 40. 3.

c Psal. 24. 15.

d Psal. 15. 8.

e Psal. 84. 34.

f Psal. 28. 15.

SPIRITUS
SANTUS
DESCENDIT
IN
PONTE

dode, quoniam ipsi Deum videbunt, Et sicut
 qua piscinæ, si turbata sit, non apparet, quod
 intus; sed ubi quiescens clarescit sensum, quod
 intus est, apparet: Ita quamuis Deus sit
 ipsam animam, sicut est in cæteris rebus; si
 men illa culpis aliquibus sit obnoxia, & se
 curis turbata, non apparet in ea eius præsentia
 sed ubi Iustitiâ, Sanctitate, ac pace sensum
 rescit, & purgatur incipit apparere ipse
 minus, qui intus est. Ex quo fit eodem modo
 teste, ut quando esurire & sitire te sentis
 tiam, magnamque desiderium puritatis, quod
 us te visitet: iudicium id fit, non solum ven
 tis, sed etiam accelerantis ipsius Dei, qui intus
 re desiderat. Illius enim desiderium, tui
 & quod tu eius properes sermonem admi
 re, inde est, quod ipse festinat intrare, sicut
 amor, quæ erga ipsum habes origo & causa
 ipse prior dilexit nos. Quamobrem dixit Dauid
 Ignem ante ipsum praesurum. & iuxta
 ijs, qui tribulato sunt corde, cum desidero
 flammam & consumendi peccata, quæ sunt
 eius inimici.

QUANDO autem ad eum desiderium cre
 ut totum cor tuum ad Deum conuertatur,
 rans & statuens custodire iudicia Iustitiæ
 & quicquid illi placebit; præsertim si te
 descere sentias amore eius, iudicium hoc
 iam ipsum adesse, qui festinabat: Non enim
 lum scriptum est de illo: lignis ante ipsum præ
 cedet: Sed etiam, quod ipse sit lignis consumens.

supra.

h Ioan. 4. 10

1 Psal. 96. 3.

h Psal. 33. 19.

1 Psal. 96. 3.

1 Deut. 4. 24.

qui consumit quidē, sed non affligit; ardet sua-
 ter, & desolatur feliciter. sic. n. in vitia exer-
 vim ignis, vt in anima vicem exhibeat vn-
 nis. Ergo in virtute, qua immutaris; & in a-
 ore, quo inflammaris, Dominum præsentem
 ellige. Nam in *dextera Domini facit virtu-*
 : & hanc efficit mutationem; & ver-
 um æternum est n viuum, efficax, ac pere-
 nis, moxque vt intus in animam venit (ait i-
 em Sanctus Barnardus) expergescit dormi-
 entem animam emollit, & vulnerat i-
 stum cor: quoniam durum erat & male sa-
 um; incipit quoque euellere, & destruere;
 adificare & plantare; rigare arida, tene-
 rosa illuminare; frigida inflammare, mu-
 tare praua in directa, & aspera in vias pla-
 nas, ita vt o *benedicat anima mea Domino, &*
omnia que in ra me sunt, nomini sancto eius. Ex
 mutatione itaque cordis intellexi præsentiam
 eius; ex fuga vitiorum carnaliumque affe-
 ctuum compressione, aduerti potentiam vir-
 tutis eius; & ex discussione siue redarguti-
 one occultorum meorum, admiratus sum
 profunditatem Sapientie eius; ex emenda-
 tione morum meorum, expertus sum bonita-
 tem mansuetudinis eius; ex renouatione ac
 reformatione Spiritus mentis meæ, id est in-
 terioris hominis mei, percepi vtunque spe-
 ctum decoris eius; & ex contuitu horum o-
 mnium simul, expaui magnitudinem multi-
 tudinis eius: Sicut etiam eadem præsentia eius
 inani inpotescit, quando abscedit à me; eius

s. Bern. su-
pra. l.

in Psal. 117.

n Hebr. 4. 12
Serm. 47. in
Cent.

o Psal. 102.

SPIRITUS
 PONTE



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

enim absentia, perinde ac si olla bullientem traxeris ignem, quodam illico sanguore torpore, & frigescente incipiunt, signum inquam est abscessionis sponsi.

Serm. 57 in Cant.

Ser. 69. & 32.

ALIAS etiam suæ visitationis indicia mihi, subita quadam atq; insolita latitudine, & infusione luminis noui, illuminant intellectu; vel ad scientiã scripturarũ, vel ad interiorũ fidei notitiã, aut cum cœlũ aperit & copiosã pluuiã meditationũ mihi infunditur, aut cu se infuderit humilis quædã, lediguis & feruens intimæ aspersions deuotio, vt amor agnitæ veritatis, necessariũ quod odium vanitatis in me generet & contemne fortè aut scientia in se, aut frequentatationũ extollat me, tũc os meũ repletur gudio & lingua mea lætitiã, eructans non solum in singulis psalmis, sed in singulis versibus ceterum suauissimum præ omnibus speciebusromaticis huius mundi fragrantissimis, & nique reuifescit feruens desiderium, maiore gratiam obtinendi ac proficiendi in obsequio diuino. quod desiderium est certissimum precium diuinæ ipsius præsentia. Ipse enim dicitur

p Eccl. 24. 29

qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.

HI sunt præcipui effectus interni, quos visitatio in corde efficit; quamuis ita diuine occultisq; modis, vt nemo illos nouerit, qui accipit. Nam interdum videtur Dominus in profundo Spiritus residere; inde fluunt illustrationes, & gaudij affectus,

ebulliens ex ipsa terra in parua aliqua pisci-
na, ex quo sepe ebullit & salit aqua. Alias vi-
detur idem Dominus se collocare in suprema
parte, & supra ipsum Spiritum, unde
quam ex suo Cælo pluuia demittit medi-
conum ac desideriorum, cum magnarū con-
lationum exundationibus. nunc dilatando i-
sum cor quodam genere gaudij; vt in tanta
titudine, totum mundum arbitretur sibi esse
parum; solusq; Deus ipse in illud ingressus, sua
plet presentia: Nūc vngit illud oleo lætitię,
quod in ipsa anima inbibitur, eam penetrans
ad intimum spiritus eius. O Rex æterne,
quid est homo, quod memor es eius? aut filius ho-
minis, quoniam visitas eum? & quia hic vermicu-
lus est, & quia magnificas eum, & apponis erga
cor tuum visitans eum diluculo, vt magnis
meritis ei indulgeas, faciliè deprehenditur,
Domine, tuę visitationis fundamentum esse
meram gratiam; teq; ad eam faciendam, à so-
luta bonitate permoueri, & siquidem anima
mea, mane diluculo ad te visitandum in Ora-
tione accedit; accede tu, quæso, & in eadem me
visita, ne vacuus remaneam à tua misericordia.

q Psal. 8. 5.

r Iob. 7. 18.

S. 4.

*De Causis, cur hæc Visitaciones aut denegentur,
aut differantur.*

ET SI verum est, quod proximè ex te-
stimonio S. Iob dicebamus, quod Deus
Dominus noster hominem iustum ordi-

SPIRITUS
PONTE

in processu
7. Relig. c. 2.

nariè visitet diluculo, cum ille ad orandum
& cum ipso Deo de negotiis animæ suæ ac-
cedum se recipit, non tamen semper ea
id facit, ne (vt Sanctus Bonauentura ad-
dit) suæ industriæ ac diligentia ipsam visitationem ac deuotionem attribuat. Quamobrem sæpe nobis hæc deuotio deest in diuini sollemioribus, & quando iudicio nostro maiorem curam & studium in ea procuranda adhibuimus. Solet autem diuersis alijs temporibus nobis concedi; nunc ante ipsam orationem; vt nos ad eam excitet, ac impellat: nunc multo tempore post orationem habitam, in præmium laboris in præterita oratione suscepti; semper verò venit repetita vt ipsa experientia intelligamus, esse gratiam & fauorem qui nobis exhibetur. Et quamuis ipsa visitatio diu durauerit: *subitò*, n. (vt idem ait) *os probat*, ac discedit ob multas causas: tres referunt, possuntque ad has duodecim uocari.

1.
Lib. 3. Moral.
c. 17.

PRIMUM ne existimemus, (vt ait Sanctus Gregorius) hæc dona à nostra natura non prouenire, aut hæreditate, & iustitia titulo nobis deberi: Quin potius (vt Sanctus Bernardus ait) persuadeamus nobis debere nos semper à DEO, eiusque misericordia & protectione pendere: Item, vt crescat nostrum desiderium reuersionis eiusdem Domini ad nos visitandos; eumque reditum frequentius suspiremus. Ad eum modum,

2.
Serm. 11. in
Cant.

3.
Gradu 7.
1. G. eg. 5.
Moral. c. 4.

Sanctus Iohannes Climachus) quo solet Ma-
 ter abscondere infantulo pectus suum, vt ille
 considerans & querens, maiori gustu os admo-
 net & fugat. *Item*, vt nos ipsos humiliemus,
 culpa nostrae tribuentes absentiam ipsius Do-
 mini, superbiae videlicet alicui, ingrati-
 tudini, negligentiae exiguae humilitati & reuerentiae,
 praesentem visitationem accipimus; aut
 cautellam, ne vanitatis periculo, quae se-
 cundum incipit, exponamur. *Alias* in-
 firmata erit infirma nostra debilitate; natura, quae
 continuatam huiusmodi visitationem ferre non
 potest, nisi Dominus ipse eam interrumpat, ne
 nostra natura frangatur. *Aut etiam*, ne sinat
 se ad delectationem sensibili, cuius ex-
 cessus fit aliquod tedium, ob indiscretum exces-
 sum in eius usu; sicut qui immoderate mel
 comedit, quod postea eijcit. *Item*, vt mino-
 ri repugnantia ad proximorum utilitatem ac-
 cedamus, & ad alias huiusmodi nostri aut officij obli-
 gationes. Quamdiu enim visitatio durat, se-
 det anima esse ab ea ita suspensa, vt nolit alia
 illa re occupari. *Item*, vt possimus exerce-
 re veras solidasque virtutes, quae in solo DEO
 potius, quam in eius consolationibus & fau-
 oribus fundantur. Quae diuina visitatio durat, non
 possimus satis discernere, nisi consolationis, an
 ipsius Domini, quae illa mittit gratia aliquid agamus.
 Inter quae delectatur Deus Dominus, dum videt nos
 laborantes absque subsidio sensibili, sicut ipse la-
 boravit tempore suae passionis, ita vt quodammodo
 nostras expensis, & absque mercede & por-

4.
 S. Bern. Ser.
 14. in Cant.
 S. Laurent.
 lusi de ca-
 sto conubio.
 c. 15. & de di-
 sci. monast. c.
 18. & de inte-
 riori conflict.
 cap. 6.

5.
 S. Bern. Serm
 in Psal. qui
 habitat &
 Ser. 4. in
 Psal. qui ha-
 bitat. & Ser.
 5. in Qua-
 drag.

6.

7.

S. Greg. 5. in
 mor. c. 4.

8.

Geison.
 tract. de
 myst. Theol.
 pract. confid.
 6.

9.

SPIRITUS
 PONTE

Cap. i. in
Caat. & c. 18.

10.

tionem harum consolationum, illi seruamus
qua ratione (vt ait Richardus) non minus
remur & proficimus, quam se uore sensibili-
tem, vt discamus absq; ventis & cum illis
uigare, remigantes scilicet, quando illi nō
& ita veram nostram humilitatem & paci-
tiam ostendentes, quæ non perficitur, nisi
huiusmodi probationibus.

II.

Vides Greg.
lib. 9. c. 21.
a. Iob, 10, 16.

ET HINC prouenit, quod scriptura de-
na etiam appellet uisitationem Dei, cum illi
uiscitat, ad puniendum: sicut iudices uiscitant
os in carcere detentos. Quo modo etiam uisci-
tat Deus suos amicos, sicut ait, Iob: *areuer-
mirabiliter me crucias.* quæ uiscitatio licet
dāmodo ficta uideatur, & quæ nomē uiscita-
nis nō retineat, re ipsa tamen uiscitatio est: quæ
non minor est misericordia, quod eos uiscitatio
calamitatibus & desertionibus, vt in propria
cognitione crescentes, magis in profunda hu-
militate radicentur. Sicut non minus pro-
plantæ hyemis frigus, quod efficit, vt illa pro-
fundiores iaciat radices, easq; in ipsa terra magis
dilatet; quam calor æstatis, qui facit illas
floreſcere, fructusq; sursum producere: uiscitatio
que enim dixit Isaias, esse necessarium ijs, qui
saluandi sunt, *b mittere scilicet radicem deorsum
sum. & facere fructum sursum.*

b Isa. 37. 35.

27.

DENIQUE quia duplex est uia, qua pro-
ficimus in Dei cognitione, & nostri ipsorum
Alterā per discursus & meditationes; *alterā*
efficacior per propriam experientiam: (vt postea
stea uidebimus hanc Dominus Deus nobis

monet in varietate suarum visitationum. Nam cum visitatio adest, agnoscimus, quis Deus sit ex admirandis effectibus, quos facit in nobis, modo iam explicato; quando autem se subtrahit, agnoscimus ipsa experientia illud nihil quod ex nobis ipsis habemus: ex quo in maiorem devenimus opinionem efficacitatis divinae gratiae.

HINC fit, ut omnes iusti siue sint in gradu Tyrorum, siue in gradu proficientium, siue perfectorum, habent in sua oratione aliquam in his visitationibus varietatem, diversam licet ratione, sicut Gerson declaravit, posita similitudine trium temporum anni.

Tyrones versantur tanquam in hyeme, in qua maiori ex parte nobis sol occultatur à nubi- bus & nebulis, suntque magna frigora, & fre- quentes pluvia; licet interdum sol illucescat, sedque dies aliqua læta, Tyrones enim in his studiis, magnas sustinent obscuritates, & ne- bulas circa res fidei & diuinas; & in oratio- ne magnam frigiditatem, & præteritæ vitæ reliquias, & passionum contradictionem quæ non sunt mortificatæ: quos tamen inter- dum visitat Dominus, & læto ac beneuolo vultu illis ostenso, consolatur. Qui verò in o- ratione proficiunt, viuunt in primo vere, in quo maior est varietas: Nam vno die cœ- lum est clarum & serenum, altero nubilum & pluuium; sæpius tamen hic apparet Sol; & hos frequenter visitat Sol iustitiæ, indul- getque illis, indicia dans suæ præsentiae, &

Tract de mō
te contemp.
c. 23.

SPIRITUS
PONTE

flores odoriferos feruentium desidero-
rum. Nihilominus: illis ita etiam se sub-
trahit, vt modicum illum videant, & mo-
dicum non videant, vt hæc varietas nouam
illis semper famem & appetitum afferat, ef-
ficetque vt magis se præparent, ad illum
diutius, apud se retinendum. **P E R T E R T I A**
C T I viuunt sicut in æstate, in qua solis æstus
sunt feruentiores, raroque Sol à nubibus in-
petitur; licet interdum accidant aliquæ tem-
pestates, tonitrua, grandines, & pluuia magis
tremendæ, quam in hyeme: quia hi ordinem
fruiuntur maiori quiete & feruore, Deiq; visitationes
sunt multò frequentiores: interdum
tamen exercet illos Deus horribilioribus ter-
ternis certaminibus, ac desolationibus magis
pœnalibus, vt in humilitate conseruentur
quamuis assistat illis tamen, & in medijs ip-
sorum tempestatibus immittat aliquem suæ lucis
dium: ita vt interdum ipsæ noctes videantur
esse dies, ob frequentiam fulgurum diuini-
tatis illustrationum. Quemadmodum mira-
liter perpendit S. Gregorius, dum explicat
sententiam cuiusdam amici Iob, quod Deus
subuertit omnia, coelum & infernum, terram & mare, & cœuocat in vnum. Nam
nus & idem interdum est sicut cœlum, ob
ternam lucem, qua in superiori sui spiritali
parte fruitur; & est sicut infernus ob turbationes
& afflictiones, quas in inferiori animalium
parte sustinet, dicitur *rapitur sicut S. Paulus
ad tertium cœlum; sed idem e sensit aliam*

Job. 1. 10.
Greg. in eū
ogum.

1 Cor. 12.
Rom 7. 24.

em in carne sua repugnantem legi mentis; &
 illinebit f. angelum Satana, qui ipsum colaphi- f. 2. Cor. 12. 7
 et: & similiter coarctat in vnum terram &
 mare, quia simul constans est & firmus in cre-
 dendo & sperando, q̄ Deus reuelat, & promit-
 titur verò vehemētes fluctus, nebulas, &
 obscuritates, quæ gemere eum cogunt, & cla- g. Mar. 9. 23.
 mare in cœlum, sicut ille qui dixit: *g Credo*
Domine, adiuua incredulitatem meam. Et in
 utroque euentu (ait idem amicus Iob) quis cō-
 tradiet ei? aut dicet, cur ita agis mecum?
 Quare non te illi ostendes rebellem, aut impa-
 nentem; aut conquereris de eo, nec rationem
 exiges eius, quod facit; aut cur te ita tractet:
 sed cū animi demissione ac resignatione pro-
 jicies te in paternam ipsius prouidentiam, vt
 te hoc vel illo modo visitet; & frequenter, aut
 rard pro libitu suo; & sicut magis tibi expe- h Iob. 11. 3.
 diet. O supreme Pater, agnosco te *h esse ex-*
elsiorem cœlo, & profundiorē inferno, longio-
rem terra, & latiorē mari, in quibus omni- i Eccl. 14. 4.
 bus locis, tuos visitas electos, quamuis in i
 nius partibus mundi existentes, constitue me
 in loco qui tibi magis placet; modo ibi me il-
 lumines, ac visites: tua enim visitatione,
 infernus ipse erit cœlum, & om-
 nia in meum bonum con-
 uertentur.

SPIRITUS
PONTE

§. 5.

De medijs ad has visitationes impetrandas.

EX his quæ dicta sunt, deducere licet media apta, ad has Dei visitationes impetrandas, quorum tria sunt genera, seu capita. Esse videlicet sollicitum in eis petendis & quando desunt procurandis; humiliter valdè & gratum esse cum veniunt; & in eisdem conferuandis valdè sollicitum fructum ex eis capere quamdiu durant.

Quando itaque es in ipsa oratione, si Deus aduertis esse absentem, excitare in te oportet desideria & multiplicare petitiones, ut veniat, te quæ visitet, sicut antiqui Patres desiderabant, & petebant à Deo, ut ipsos visitaret. Veniens tandem homo factus in mundum. Omnes enim affectus visibilis illius visitationis efficit in singulis nostrum visitatio invisibilis. Quare modò tanquam infirmus pete visitari te à medico isto coelesti, ut spiritualiter tuos morbos sanet, dicens illi: Festina Domine, ne tardaueris, & remitte peccata servitui.

I.

Nunc sicut captivus, suspirabis visitationem tui Redemptoris, ut te liberet à captivitate & carceribus, in quibus teneris, dicens illi: excita Domine potentiam tuam & veni ut saluum me facias ex hoc carcere, & in portum salutis constituas. Alias tuam ignorantiam

confessus, petes vt tanquam Magister te visitet, ac doceat quæ nescis; & tanquam confiliarius, vt consulat, quod tu non assequeris. Quod si aduertēris, tuas potentias disiunctas esse ac dissipatas in oratione, petas vt te visitet, easque recolligat, singulis pactum offerens, & cibum conuenientem, quo benè collectæ & occupatæ sint; & cum sponsa dices, *reuertere: similis esto dilecte mi, caprea hinnu-
log, ceruorum super montes Bether aut Bethel.* Montes Bether sunt montes diuisi per quos capreae ceruique ab vno in alterum saliant, & in omnibus pascuntur: Montes Bethel sunt montes domus Dei eius seruitio dedicati. O dilecte anima mea, qui visus acumine capras excellis, velocitate etiam ipsos ceruos; veni meaque potentias visita, ab vna in alteram saliens. Visita meum intellectum diuinis tuis illustrationibus; voluntatem inflammationis tuis affectibus; Imaginationem & appetitum sanctis representationibus ac desiderijs. Attende, omnes esse montes domus Dei, quia tu eos creasti, & quasi tuos accepisti; & ego eos tibi obtuli, vt illis honorem tibi deferrem. Pascere in singulis eo pastu, quem tu illis dederis; ea singulis dona tribues quæ magis tibi placebunt.

PRÆTEREA cum Domini visitationem senseris, humiliare te decet vsque ad ipsam abyssum, ingenti quadam admiratione, quod Deus tui meminerit, dicesque illi sicut sancta Elisabeth visitanti se beatæ Virgini

b vnde

2 Cant. 2. 17.

SPIRITUS
SANTUS

b Luc. 1. 48.
c Luc. 5. 8.

d Cant. 8. 14

b *unde hoc mihi, vt veniat Dominus meus
me?* aut sicut sanctus Petrus c *Exi a me
quia homo peccator sum Domine, nec visita-
tionem hanc promereor; aut eo spiritu, qui
dixit Sponfa: d Fuge dilecte mi & affirma-
caprea hinnuloque cervorum, super montem
romatum.*

ATQUE si diceret: Quamuis visitationem
tuam valde desiderabam, ob illud bonum
quod ex ea mihi provenit, cum tamen
ctationem & indignitatem meam respicio,
tius dico, vt fugias ad montes aromatum,
gnorum videlicet sanctorum, qui ma-
ritu & feruore orant, apud quos habitum
nem & requiem inuenies, quam desideras.
Quamuis autem hoc demissè dicat spiritus
non fugiet tamen Deus ab eo, nec ipse
etum suum fugere debet, aut ad momentum
deserere, sed optimam hospitalitatem ei ex-
bere, cum eo conferendo, & nouas gratias
eo petendo, totoque tempore quo visita-
durat, fruendo fauoribus & gratijs, quas
dignabitur exhibere. In duobus autem casibus
dicendum illi est: *fuge dilecte mi.*

PRIMUM quando gratia deuotionis
exuberaret, vt ipsam naturam nimium de-
taret. Nam tunc ipsimet sponso gratum
vt desistamus; dicamusque ei; *Fuge & affirma-
lare caprea, quæ statim atque hoc dum lactans
illum deserit, & ad varias partes declinat
suum pastum quæsitura; & sicut S. Ephren
cebat: Sufficit mihi Domine, quod mihi da-*

ut vas crepet feruente musto, aut caro pereat
inconsiderante spiritu.

DEINDE quando obedientia, aut charitas
nos obligaret ad illum deserendum, quod ex-
ternis alijs operibus, aut animarum bono esset
pericandum. Tunc enim licebit dicere *fuge*,
et que modo quodam eidem Domino gratissim-
o, supplicando eidem vt alios iustos visiter,
quod montium fragrantium instar, vacant offe-
ndis ipsi orationu & bonorum operum o-
loribus. Propterea enim dixit Apostolus, *et
opuisse anathema esse a Christo* (eius scilicet
et visitatione dulci que contemplatione ca-
mens) *pro fratribus suis, hoc est vt illi salutem
consequerentur.*

c Rom. 9. 1.

DEINDE summum studium adhibendum
est nobis, vt occurramus incommodis & im-
pedimentis, que indiscretio nostra aut sensu sua-
ritas, aut occulta superbia, ex his visitationib^{us}
caurrit, vtendo scilicet illis ad gulam quandam
spiritualem, aut inanem nostram excellentiam,
ex quo prouenit, vt in gratiarum actione
sumus parci, & parciores adhuc in eoru vlu, cu
multo maior nostra obligatio ad id presta-
nda. Siquidem quod crescunt magis dona, eo magis
auescunt rationes, que ad bonum eorum vsum
nos obligant, eo que merito maior pena, nisi
prestemus. Quam aut maiore pena timere
possum^{us} incurire postea proportionata, qua
multis dieb. orationi incubentes, nec deuotio-
ne impetrem^{us}, nec Dei visitatione in illa. Hoc
est aut, q Mich. Propheta dixit: *Tu seminabis,*

f Mich. 6. 11.

& non

SPIRITUS
SANTUS

& non metes; tu calcabis oliuam, & non tra-
 geris oleo; & mustum, & non bibes vinum.
 Nec mirum fuisset, si non colligens oliuas
 uuas, non eliceres oleum aut vinum; sed quod
 vtrūque magno labore collegeris, nec tam
 commodum ex eo acceperis, hæc verò magis
 miseria est. Quid autem hoc est, nisi quod
 minetur Deus fore, vt propter peccata
 incuriam tuam, laboraturus sis in lectura
 meditatione, & oratione, & in cæteris
 tuis exercitijs, ex quibus manare solet oleum
 deuotionis, & vinum amoris Dei, ac
 uor spiritus; & tuus labor erit inutilis,
 quod non sis hanc deuotam uactionem
 ecclesie hoc vinum impetraturus? Quod
 fortè veritates aliquas deduxeris, & affectus
 aliquos expresseris, instar illius, qui calcat
 oliuas, aut uuas in torculari, non tamen
 peruenies ad fructum eius spirituales reci-
 piendum, aut tibi eius fructum incorpo-
 randum; eò quod abusus fueris fauoris
 quem prius acceperas. De quadam pia pe-
 sona refert Blosius, quod per quindécim an-
 nos passa fuerit magnam ariditatem, ac de-
 fertionem internam, ob vnicam vanam
 complacentiam, quam admisit de fauori-
 bus diuinis, quos acceperat. Examina tra-
 que horas, quas expendis in oratione: quod
 si deprehenderis, fructum non respondere
 labori, agnosce tuam culpam, fatearis tuam
 indignitatem, & cor tuum à vanitatibus
 & sensuum delectationibus euacua, quæ

Bernardo teste, repellunt diuinas visita-
tiones, nec possunt illis commisceri; nec im-
pleri uisitacionibus Domini potest anima,
per distractionibus subiacet. Vbi enim g
vacuum non adest, mox stat oleum. Si au-
tem omnia hæc terrena euacuaueris, ueniet
Dominus ad te uisitandum, & replebit cor
tuum hac cœlesti lætitia, & satiabit uino suæ
charitatis, exhibens tibi conuiuium, quod
promisit in horto animæ tuæ, eo quod dele-
ctetur ad eam uenire & in ea manere: O a-
nimarum amator, qui in eis uisitandis aded
delectaris, ut earum commodum, tuam appel-
les oblectationem; & earum cibum, tuum di-
cas: ita, quæso, meam purifica, ut in omnibus
tibi placere queam, non mihi; iubeque uen-
tum h Aquilonem superbiæ & ingrati-
tudinis surgere, & abscedere, ne
tuum in eam ingressum
impediat.

erm. 3. de
Ascens.

§ 4. Reg. 4. c

Can. 15. 1
h Cant. 4. 16

SPIRITUS
SANTUS



CAPVT XXI.

*HAS VISITATIONES ET
interna colloquia præcipuè esse ab
spirationibus Spiritus S. & etiam
impulsu boni Angeli, item à con-
scientia & charitate: &
quod eadem nos ad om-
nia bona opera ad-
iuuent.*

1. Cor. 2. 12



*Q*UONIAM Spiritus Dei
(Apostolo teste) proprium
est, a docere nos, quæ ab ipso
donata sunt nobis, & quæ
tra nos sunt, ut omnibus illi
obsequium illi præstemos
necessarium esse existimaui valde quæ
modum hic explicare, quo diuinus hic spiri-
tus interius nos alloquitur & visitat, cum
oratione, tum in cæteris vitæ Contemplati-
uæ & Actiuæ operibus, non solum ut hæc
ratione præmium reddat indulgeat quæ feru-
entibus: sed etiam ut visitatione sua nos præ-
ueniens eadem opera feruenter & cum verita-
te exerceamus. Et cum nos omnes auxilio hoc
interno opus habeamus, cuius magnos effectus
sentimus, plurimum conferet, intelligere quomodo
pacto illud auxilium nobis communicetur.

PRAE

PRAEMITTENDVM est autem Deum
 Dominum nostrum, duplex virtutum genus
 hominibus iustis contulisse, easdemque in ip-
 sismet permanere: Quædam intellectum ipsum &
 affectum perficiunt ad exercenda opera præ-
 cipue vitæ contemplatiuæ: Aliæ voluntatem
 & sensuum appetitus, præsertim ad exercen-
 da opera vitæ actiuæ. Ad quas virtutes ex-
 citandas, easque in exercitio suarum actio-
 num adiuuandas, prouidit Deus impulsus
 quosdam impetusve internos, qui hoc ipsum
 mirifice præstarent ad eum modum, quo S. illa
 quatuor b. animalia quæ vidit Ezechiel, habe-
 bant alas quatuor. & manus hominis sub eis &
 pedes eorum pedes recti: & planta pedis eorum,
 quasi planta vituli: quæ tamen neque volabant,
 neque ambulabant, aut mouebantur, nisi se-
 quendo impetum spiritus nec ei resistendo, nec
 retrocedendo cum ambularent, nec ad alia di-
 uertere se patiebantur. Quæ hæc est harmonia
 (ait sanctus Gregorius) nisi quam habet vir
 cultus in suis actionibus exercendis?

b Eccli. 1. 7.

Quæ enim sunt quatuor aliæ, nisi vir-
 tutes illæ quibus exercet quatuor præcipua o-
 pera vitæ contemplatiuæ: orationem scilicet,
 Lectionem, Meditationem, & Contemplatio-
 nem quibus ex terra volat in cælum, vt suam
 sibi conuersationem & familiaritatem ha-
 beat? Quæ item sunt manus hominis sub
 alis, nisi virtutes, quæ vitæ Actiuæ opera ex-
 ercent, comitanturque & corroborant opera
 contemplatiuæ? & quæ sunt plantæ vituli;

Hom. 1. in
Ezech.SPIRI
MONTE

nisi opera & affectus Mortificationis, in quibus sacrificium offert sui ipsius, & quibus potestus omnium virtutum sustentat? verum non que hæ, neque illæ rectè mouentur, nisi ab impetu boni Spiritus illas gubernantis, adiutantis, ac dirigentis; quem necesse est sequi, ut que resistentia & mora omnes, qui cupiunt non aberrare, sed proficere in via Spiritus. Hi enim impulsus interni, sunt Spiritus S. instrumenta, quibus ille nos iuuat ad bonam & triusque vitæ opera; ostendens in hoc, suam ac beneuolam prouidentiam, ei similem, quod de nobis habet in operibus naturæ duplici vitæ quam viuimus, vegetatis ac sentientibus. Ad quas præter potentias & sensus, quos tanquam instrumenta nobis dedit, prouidit quædam que de quibusdam Spiritibus vitæ, qui sunt substantiæ quædam subtilissimæ in corde cerebro fabricatæ, quæ per omnes venas, corporisque arterias velocissimè mouentur, membris omnibus ac sensibus, in suis actionibus subueniant. Cor procreat spiritus tales, qui sunt tanquam scintillæ calidissimæ, præbentque calorem omnibus membris corporis ad opera vitæ vegetatiuæ, quæ sustentantur & augentur, donec ad suum finem perfectionemque perueniant. In cerebro generatur spiritus animales, qui sunt instar subtilissimorum radiorum lucis, & excipiunt sensus ad opera vitæ sensitiuæ, quibus agnoscunt, quæ necessaria sunt ad propriam conseruationem, & mouentur ad ea quæ re-

la: qui spiritus si descendant in magna copia,
 anima corporis instrumenta redduntur robu-
 riora & firmiora ad proprias actiones; quod
 defuit aut imminuatur, deest quoque aut
 diminuitur firmitas illa ac vigor, sicut ipse
 nos docet experientia. Eodem omninò mo-
 do Deus Dominus noster præter virtutes su-
 pernaturales, quas iustis communicat, ut su-
 pernaturalem gratiæ vitam agant, quasdam
 intelligant, qua re ad eam vitam confer-
 endam indigeant, & alias ad idem conse-
 quendum, illosque secum vniendo, prouidet
 vitam de illis spiritibus vitæ, quos inspiratio-
 nes & illustrationes vocamus, tanquam ignis
 scintillis, & radijs cœlestis lucis, quos
 spiritus sanctus qui est inuisibile cor Ecclesię,
 IESVS Christus Dominus noster, qui est e-
 undem caput inuisibile mittit per omnia mē-
 bra corporis eius mystici, & præcipuè ad iu-
 uos, ut eos in operibus vitæ actiuæ & contem-
 platiuæ adiuuent; vigorem ac robur addant i-
 stis virtutibus, ad actus suos feruenter exer-
 cendos. Conferunt etiam ad pœnitentiam &
 mortificationem; ut peccata præterita deleat,
 vitæque mortificent: foueant temperantiam
 & castitatem, reliquasque virtutes morales,
 quo faciliùs contineant & reprimant impe-
 tum passionum, easque subijciant rationis im-
 petui: fidem augent ac prudentiam, reliquas-
 que virtutes intellectus, ut actus suos ac me-
 ditationes rectè peragant, perfectamque veri-
 tatum cognitionem consequantur; spem &

SPIRI-
PONTE

charitatem fouent, & reliquas virtutes supernaturales, quæ illam comitantur, ut in se valde operentur, & ymionem cum Deo, quæ earum perfectio consistit, obtineant. Denique quo maior est frequentia, & harum inspirationum vis, eò noster feruor in omnium virtutum exercitatione est maior. Quod culpa & negligētia nostra rariùs veniant, repellere, & læguere: si aut frequētius veniant valdeq; sint ardētes in sine ab eis auxiliari accipimus, ad currēdum & volandū exercitia orationis & Mortificationis,

c. Isaiæ 58. 11.

in quo aut nullo labore, magno verò profectu. iuxta illud quod scriptum est: *quiē tibi dabit Dominus semper, & multiplicabit splendoribus animam tuam, & os tuum liberabit, & erit quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ.*

Qui sunt hi splendores, quibus Deus animas implet iustorum, quos tenere diligit, & illustrationes illæ, quibus eorum cogitationem acuit; & inspirationes, quibus accendunt affectum? per has affert illis quietem in omnibus, dat pacem & tranquillitatem in mortificatione passionum, & in gubernatione cogitationum; eisdem irrigat hortum virtutum, ut florescant in magna copia feruentium desideriorum, afferantque fructum plurimum sanctorum operum: eadem ipsæ copiosius reddunt fontem gratiæ viuæ, ut ferueat semper, crescat & saliat in vitam æternam. per animæ omnes cogitationes ac desideria

celo collocent: eisdem meditatio & attenta
oratione adest fiducia, charitas inflamma-
ta, contemplatio denique altissima. Nam (vt
sanctus Gregorius ait) diuina inspiratio sta-
tim atque animam tangit, eandem eleuat su-
pra seipsam, reprimit cogitationes rerum
temporalium, & inflamat aeternarum desi-
deria, ita vt celestibus tantum delectetur, ter-
renarum verò fastidio quodam afficiatur; tan-
taque est perfectionis altitudo, quam illi cõ-
municat, vt eam faciat ipsi Spiritui S. per simi-
lem. *Nam quod natum, inquit, est de spiritu,*
*spiritus est in nobilissimis scilicet proprietari-
abus, quas ipse habet, vt fusiùs diximus Me-
taph. 26. & 27. Sextæ partis.*

Lib. 1. Mor.
c. 19. & in
Psal. 6. p. 28.

d Ioan. 3. 6.

§. I.

*Qua ratione Deus inspirationibus suis
nos alloquatur.*

EX dictis cognosci potest mod^o. quo Deus
loquitur ad cor, cum nos visitat: vt enim
ait S. Aug. occulta Dei locutio, est inspi-
ratio, quã animæ suam veritatem & suam vo-
luntatem inuisibiliter ostendit. Nam sicut
quicquid Deus in sacra scriptura, & Ecclesiæ
locutus est, ad hos duos fines dirigitur,
ad aperendas scilicet nobis veritates diuino-
rum mysteriorum, quas credere & scire de-
bemus, vt salui simus, discernendo verum à
falso, certum quæ ab incerto & ficto: Item ad
nos docedũ quæ facere debeam⁹, iuxta sãcti ssi-

Lib. de tri-
plici habi-
taculo.
S. Greg. 1. 28.
mor. c. 2

SPIRI-
PONTE

mam ipsius voluntatem; separando bonum a malo; pretiosumque à vili & abiecto. Eodem modo quicquid loquitur, aut inspirat, vndeque id dirigit ad manifestandam ei in particulari supremam veritatem, ipsum scilicet Deum, & reliquasque veritates, quas ipsum scire oportet; & opera etiam, quæ facere debeat, vnde dicitur. Quod præstat aut reuocando, illi in memorem ea, quæ prius nouerat, sed obliuifuerat; aut noua eorundem sensa illi impertiendo, aut alia de nouo reuelando; aut nouos modos eadem intelligendi, & in praxim deducendi. Et quoniam verba Dei, nec in speculatione tantum, nec inania & absque virtute & efficaciam esse possunt, sicut sunt verba hominum, eo quod sint verba omnipotentis eius, cui loqui est operari, & cuius dicere, est facere.

NA M statim atque dixit: fiat lux, facta est lux; hinc est quod manifestans veritatem & voluntatem suam interius, simul infundat certitudinem lucem, ad eam cognoscendam, & ignis vini ardorem, ad amandam, & magnam certitudinem ad mandandam executioni. Et propterea dixit S. Bernardus, quod *locutio verborum sit infusio doni*. Quod autem aliud hoc dicitur est, nisi ipsamet inspiratio, qua animam mouet, quando orat, aperiendo scilicet illi beatitudinem & iucundam suam præsentiam: a qua *inuocabis* (ait Esaias) & *Dominus exaudiet clamabis & dicet; Ecce adsum, tecum sum* hic me habes præsentem, vt instar Magistri doceat.

Serm. 45. in
Cant.

Isa. 58. 9

loceam, instar Medici te curem, instar amici
 te consoletur, adiuvemq; sicut omnipotens. O
 verbum dulcissimū, quod secum trahit ipsum
 verbum æternum, à quo profertur? b *Verbum* b *Isa. 55. 11.*
 loquit) *meum*, quod egredietur de ore meo,
 non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quacū-
 que volui, & prosperabitur in iis, ad quæ misit
 illud. Si misero illud, vt sparsas cogitationes
 colligat, illas colliget; si vt inflammet affe-
 ctus, inflammabit; si vt corda mutet muta-
 bit; si vt infirmos corroboret, corroborabit;
 et si vt iustos supra se erigat, eriget illos à ter-
 ra, & collocabit in cacumine cœli. Quid ve-
 ro mirum, non redire ad Deum vacuum ver-
 bum, quod procedit ex ore eius, cum non va-
 cuum procedat, se plenum tot donis, quorum
 largitorem etiam deducit secum? Nam sicut c *Act. 2. 2.*
Spiritus Sanctus datus est Apostolis in disper-
atis linguis tanquam ignis: Ita solet se ipsum
 dare suis amicis, in his inflammatis inspiratio-
 nibus, quæ sunt vt ut linguæ igneæ ipsius & no-
 stræ: Ipsius quidem, quia per illas nos allo-
 quatur, mollefacit, illustrat, & accedit: No-
 stræ, quia cum illis eum alloquimur, & lauda-
 mus d *hymnis & canticis spiritualibus*, peti-
 musque gratias affectibus & e *gemitibus in-*
arrabilibus. O Spiritus sanctissime *f loquere*,
 quia *audit seruus tuus*, moue me Sancta inspi-
 ratione tua, vt sciam possimq; loqui tecum in
 Oratione. Datu mihi linguam igneam, qua
 sum tecum acturus: si enim illa mihi desit, mu-
 t' ero ac frigidus. Circa has inspirationes, tria

b *Isa. 55. 11.*

c *Act. 2. 2.*

d *Ephes. 5. 19.*
 e *Rom. 8. 26.*
 f *1 Reg. 3. 15.*

Z 5 quæ

SPIRITUS
 PONTE

quæ magni sunt momenti, sunt aduertenda.

1.2.9 68.2.2

1.

Primum est quod omnes iusti, titulum habeant & ius, ad illas petendas & sperandas, quod acceperint septem Spiritus Sancti dona, quæ Sancto Thoma teste, eis communiantur, ut his diuinis impulsibus facillè pareant, præcipuè cum ad heroica, vitæ Actiua & Contemplatiua facinora impellunt. Et cum Spiritus Sancto non placeat, quod eius talenta sint otiosa, certum est nisi ipsi desint sibi ipsis, inspiratorum ipsum, quando & quomodo expectant illorum vsui, ut consequantur eam perfectiorem, ad quam illa diriguntur & donantur. Quis gubernator esset, in cuius potestate ventum essent, nauemque haberet in procinctu, velaque extensa ad nauigandum, non efficeret, ut ille sciret, qui ad finem suæ nauigationis esset opportunus? Cum ergo Spiritus Sanctus qui intra ipsum iustum habitat, tanquam animæ eius gubernator, Dominus sit horum diuinorum impulsus, quibus ad perfectam in Deo vnionem nauigatur, certum est, si nauis videat virtutibus ornatam, velisque septem donorum benè dispositam ad excipiendum ventum inspirationum ipsius, missurum eas ipsi magna vi valdeque opportunè, ut feliciter pergat, & ad portum desideratum perueniat.

2.

Nec tamen propterea cogitandum tibi est, sciri posse tempus, locum, exercitium, & occasionem, qua Cœlestes hi venti sine venturi. Totum enim hoc dependet à voluntate ipsius Spiritus Sancti: sicut ipsemet Sancto lo-

cto lo-

Iob afferuit dicens : *g Nunquid nosti, g Iob. 33. 24.*
per quam viam spargitur lux, diuiditur aestus su- *Lib. 29. mo*
per terram? Atque si diceret, vt Sanctus Gre- *ral. c. 12.*
 gorius declarat : Quando ego dura corda e-
 mollo, & flecto pertinacia, aspera reddo mi-
 ra, frigida inflammo, & infirma corroboro,
 colligo dispersa, & inconstantia firmo, scies-
 se qua via e coelo veniat ad hanc efficienda lux
 supernarum mearum illustrationum, & ardor
 inspirationum inflammatarum? Non est pos-
 sibile, vt tu ea noueris : sed ego solus noui.
Spiritus enim meus ubi vult spirat, & per me-
dia quae vult, modò in publico, modò in oc- *h Ioan. 3. 8.*
 culto, nunc in Ecclesia, nunc in foro, nunc
 in aliquam imaginem aspiciendo, aut bo-
 num aliquod Exemplum, & laborando aut a-
 liquod negotium agendo, nunc in medijs i-
 pms peccatis iaculatur huiusmodi scintillas in
 peccatores.

Nihilominus quaedam ipse media reuela-
 uit, quibus frequentius consuevit eas commu-
 nicare: quae media quidam amicus ipsi Iob (vt
 interpretatur S Gregor.) vocauit *i venas sulur* *i Iob. 4. 12.*
ri Dei. Nam vt in corpore humano sunt venae *s. Greg. lib. 5*
 & arteriae, per quas distribuitur sanguis, & *c. 19. & 20.*
 Spiritus vitales, per totum corpus & ipsa terra
 habet suas venas & poros, per quos recipit aquam
 maris, & erumpunt fontes: Ita Deus aliquas venas
 habet, per quas consuevit vitales hos Spi-
 ritus hominibus communicare, fluitque aqua viua,
 quae facit illos salire usque ad vitam aeternam. Maxi-
 me vero ordinaria sunt media, exercitia vitae

con-

SPIRITUS
IN FONTE

contemplatiuæ; qualia sunt, audire verba
 Dei, sacros libros piosque legere atque diuina
 mysteria meditari: illuc enim accurrit Spiritus
 Sanctus ad loquendum & inspirandum quod lo-
 quitur concionator, liber docet, aut mysterium pre-
 sentat. Et ipsamet Oratio est ditissima ve-
 na; quia loquentes cum ipso Deo, perueni-
 uemus ac pronocamus eum ad nobis loquen-
 dum. Harum tamen inspirationum omnium
 est opulentissima vena Sanctissimum altis-
 simum Sacramentum; eo quod ibi sit verbum
 ipsum diuinum, quod earum est causa, & Sa-
 uator qui eas est promeritus, suumque adue-
 tum dirigit ad actualem animæ refectionem
 quæ his inspirationibus datur. Imò ad eas in-
 gerendas sufficeret, & cum in ipso Sacro Mysterio
 fit eleuatio, ipsum videre, eiusque præsentiam
 cum viuâ fide assistere. Si enim Magnæ te-
 lem qualitatem à se eiaculatur in ferrum
 ut illud ex loco suo euellat ac trahat, si-
 bique coniungat: Quanto magis venerabilis præ-
 sentia amabilissimi huius Domini iaculabitur
 has cœlestes inspirationes, quibus trahat nos
 post se, nostrumque spiritum cum suo coniun-
 gat. *O Dilecte noster k trahé nos huicé impu-
 sib. & post te curremus in suauissimum adores
 vnguentorum tuorum; Aperi nobis venas diuina-
 narum tuarum inspirationum, ve eas obtineamus,
 & fructu earum gaudeamus. Amen.*

k Cant. 1. 3.

§. 2.

De impulsibus boni Angeli.

CVM his diuinis inspirationibus, magnam affinitatem habent interiores boni Angeli impulsus; cuius munus est, esse Dei nuncius, & eius nomine, ad nos visitandos accedere, vt nobis internè manifestet voluntatem Dei, ad eamque executioni mandandam permoueat, iuxta illud, quod ipse Deus dixit populo suo Israel: *a Ego mittam angelum meum, qui pracedat te, & custodiat in te, & introducat in locum quem paraui; obseruatum & audi vocem eius, nec contemneris; quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum & auctoritas mea in illo.* *b* Impulsus, aut interior huius Angeli verbum adeo est efficax, vt (quod Zacharias Propheta expertus est) quando *b loquitur intus ad cor, & terminò suscitet, quasi virum qui suscitatur de somno suo, excutiendo scilicet omnem eius somnolentiam & pigritiam.* Si enim Dæmon repente solet iaculari in cor vehementes cogitationes & sensus, quos Dauid *c immisiones per angelos malos* appellat, quibus excitat nos ille & vehementer ad peccandum prouocat. Quomodo magis bonus Angelus immittet nobis feruentes cogitationes, quibus nos exercet, & ad exercenda bona opera prouocet tam vitæ actiue quam contemplatiue? Facit enim nobiscum

SPIRITUS
SANTUS*a Exod. 23. 10**b Zacha. 4. 10**c Psal. 77. 40*

ad 3. Reg. 19. 5

biscum inuisibiliter, q̄ fecit cum Elia fugiente
 Jezebelem, & d̄ obdormiente in umbra iocost
 tetigit enim eum & excitauit, dixitq; illi: Surge
 & comede: qui cum comedisset & bibisset, ipse
 sum obdormiuit, & reuersus angelus Domini
 cundò tetigit eum, dixitq; illi: Surge comede
 & bibis. n. tibi restat via; qui cum surrexisset, cepit
 & bibit & ambulauit in fortitudine uide
 lusquadraginta diebus & quadraginta noctibus
 usq; ad montem Horeb, ubi ipsemet Deus d̄
 d̄ illi locutus est, in modum sibilibus aura t̄
 aperuitq; illi sua secreta. Hoc inquam motu
 cum defatigati laboribus miserè huius vite
 persecutionib⁹ carnis nostræ, vexari defatigati
 tione, ac t̄adio superati, cōponim⁹ nos ad
 niendum, quærentes. s. quietem aliquam,
 umbra boni alicuius delectabilis terræ: Sed
 tamen Angelus non dormit, nec obliuiscitur
 nostri sed accedit, internisq; impulsib⁹ nos
 citat, idq; facit his: impellit enim nos ut
 ni corpore surgamus, operaq; uirtutisq; uirtutis
 pestiue exerceamus. cum enim tempus est
 borandi, & aliquid patiendi, nos prouocatur
 laborandum, & nos ipsos mortificandos; Sed
 tempus est orandi & meditandi, inuitat nos
 orandum & Meditandum. Quamobrem d̄
 Datid: Prauenerunt Principes conuerti p̄
 lentibus in medio iuuentu arum tympanis
 rum. O quanta cura ait (S. Bernardus) quanta
 que læticia coniungunt se angeli p̄fallentibus
 affistunt orantibus, manentque cum meditantibus
 tib⁹, contemplantes comitantur, & praefident

e p̄sal. 67. 26.
 Epist. 78.

gregorianis, agnoscūt hæc sup̄n̄e Potestates fu-
 ros suos cōciues, & ideo valde sollicitè agūt
 ipsi, qui cælestē hæreditatē sunt accepturi cū
 illis lætatur, illos confortāt, custodiūt ac de o-
 mnib. p̄cipiūt, quib⁹ illi indigēt; ac deniq; in-
 uocāt nobis, vt oremus, & nos ipsos mortifice-
 mus psalmos cantātes, & pulsantes tympana,
 corpora. s. nostra mortificātes, quo magis pla-
 ceat Deo vocū musica, siue orationes, simul cū
 musica mortificationū. Quod si in his Exerci-
 tijs nos s̄onus inuadat, ad excitāt, vnicuiq; di-
 cēt: Surge & propera; grandis .n. tibi restat
 portē de q̄ sit lōga vitæ actiue, eo q̄ in ea ma-
 gna sit mortificationis māā, & multæ virtutes
 erimendæ, & adhuc est prolixior vita Contē-
 platiue via, si perueniendū sit ad altum Contē-
 plationis montē. Si itaq; vita tua est breuis tē-
 pusq; eius incertum, via autē adeò grandis, de-
 bet omnindē p̄perare, *ireq; de virtute in vir-*
utem, vsq; ad Sanctū hunc montē: vbi videtur
 semet Deus Deorū in Sion, qui dulci ac tenui
 aura suarū inspirationū tuum recreet Spiritū,
 loquatur ad Cor, teq; sibi perfectā amoris v-
 nione coniungat. O excelsæ Angele, cuius im-
 pulsus multū conferunt ad has dulces inspira-
 tiones recipiendas, assiste semper mihi, excita
 meum torporem, erige diffidentiam, adiuua in-
 firmitatem: te enim comite, facile perficiā vias
 mortificationis & Orationis, donec perueniā
 ad montem Dei, vbi illum videam eoq;ue
 fruam in eius gloria.

Amen.

SPIRITUS
IN MENTE

S. 3.

Bona conscientia dictamina.

VERVM ulterius progressa est su-
 prouidentia magni nostri dei q̄ tanta
 humanæ naturæ auctor, voluit prop-
 um nostrum Spiritum, ipsius esse lingua
 instrumentum, per quē nos alloqueretur
 amq; veritatem & voluntatē aperiret, im-
 lens nos hisce verbis internis, ad opera
 cenda digna homine, qui iuxta rationis re-
 las vitam suam instituat. Id autē præstat
 bis synderesis conscientia quę lumen est
 rurale, quod ipse Deus posuit in nostro in-
 etu, & vt dixit Dauid: *a signatum est super
 lumen vultus tui Domine*, quod nobis ostē-
 ret bonum faciendum, malumque fugien-
 voluntati quoq; indidit naturalem propen-
 nem ad sequendum bonum, & fugiendum
 lum, ex qua tanquam ex femine procedunt
 læ Virtutes, quas nostris actibus comparat
 Et propter ea ait S. Thomas sunt illæ nobis
 rurales, naturali q; nostri Spiritus propen-
 conformes; quamuis eadem aduersentur
 prauatæ carnis nostræ inclinationi. Et
 procedit pugna illa adeo antiqua & qualis
 ralis inter carrē & Spiritū: *b caro n. concupit
 aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem*
 Vnde sicut in carne nostra est cōtinuus
 excitator, qui impellit nos ad vitia

S. Tho. 1. p. q̄
 79 a. 12. & 13
 a Psal. 4. 7.

2 q. 63. a. 1.

b Galat. 5. 17.

Facologi fomitem peccati appellant, Apostol. *et d simulum carnis, & angelum Satana qui illum Colaphizat*, & est quasi lingua ipsius Dæmonis) Qui excitator si-
fomes repente profert malas cogitationes, sedas imaginationes, & iaculatur scintillas uerborum desideriorum, sumpta occasione
atque sensibus arrident & placent; aut ex malo aliquo humore, qui in corporibus mouetur, quibus motibus repentinis (quamuis non sint peccata, propterea quod non sint actus liberi) nos excitat, & ad peccandum prouocatur, contendens apud Spiritum, ut illis consentiat, & illi ad effectum perueniant. Ad hunc ergo modum in ipso nostro Spiritu, qui est superior pars animæ, posuit Deus synderesin siue conscientiam, quæ (ut Origenes expendit) est perpetuus quidam excitator, qui nunquam dormit, & continuus concionator, qui nunquam intermittebat, & Pædagogus qui semper nos corripitur, exhortans nos ad Virtutem, & retrahens ab omni vitio. Sumpta. n. occasione ex his rebus, quas videmus, audimus, aut legimus, naturali ei? inclinationi conformes, statim prouocant ad virtutū exercitationē. Et quando opus est peractū, illud approbat, laudat, & remittit; ei reddit pacem bonæ Conscientiæ. Contra verò cum labimur in culpā, reprehendit nos, & remorsu quodā castigat ne in eandē relabamur. Quod si redeat occasio eandē repetendi monet nos, ut eā euitemus, assumamusq;

c Roma. 7. 23.
d 2. Cor. 12. 7

Lib. 2. 18 Ep.
ad Roma.

SPIRITUS
SANTUS



e. Rom. 2. 15.

media apta ad præueniendum malum. Eius est munus, quod præstat bona Conscientia est tanquam Vicarius & locum tenens Dei, & promulgat diuinam eius legem naturalem, (aut quæ Apostolus dixit) est apud ceteros, *lex viua, scripta in cordibus hominum;* cuius & dictamini si pareas Deo, ipsi pares; si contempnas, etiam Deum contempnis; ipse est qui quite per illud alloquitur. Quod si assensuris eidem obedire, erit tibi fidelis adiutor in re spirituali. Coniuncta enim natura & gratia feliciter progrediuntur in operibus virtutis, sicut navis cuius vento per flatur puppis.

§. 4.

De stimulis Charitatis.

SED quoniam terminus est spheræ naturalis luminis ac synderesis ita breuis est, non extendat se ultra naturales virtutes & opera bona moralia quæ rationis regulæ conformia: voluit etiam diuina prouidentia non deesse gradui super naturalis gratiæ, natura habet. Ideo quæ; indidit intellectui fidei, quod nobis ostendit quidquid ad nostram salutem pertinet. Voluntati verò infundit virtutem charitatis, quæ nos ad ea amantissimæ executioni mandanda impellat. Quare sanctus ipse iusti hac fide illustratus, & hac charitatis propensione exornatus, ipsum prouidentia ad omne genus bonorum operum moralium & supernaturalium, vitæ actiuæ & contemplatiuæ

...entia
...ens
...egem
...est
...m;
...si
...est
...i
...ra
...us
...pis.

...ara
...eius
...ven
...regul
...omni
...aria
...e
...id
...in
...ant
...are
...hae
...pro
...mor
...Com
...plan

...atur; iuxta illud Apostoli: *a Cordibus*
si vrget nos ad omnia, quæ ad ipsius ob-
...um pertinent. Quod si capitalis hostis
...tatis, qui est amor proprius, vel quæ
...que alia vehemens cordis propensio, est
...perpetuus quidam excitator & promotor co-
...ationum & desideriorum, ad rem quam
...at, siue concupiscit; vt exempli causa ef-
...pullo auaritiæ in auaro, & ambitionis in
...bitioso; quid mirum quod amor Christi,
...ando est benè radicans in corde, sit et-
...perpetuus excitator, & seminarium sai-
...um cogitationum & affectuum, qui nos
...Deum deducant, & ad exercitium san-
...orum operum; neque enim minor esse
...bet vis amoris diuini, quam sit amoris
...propij. Hic diuinus amor est nobis conti-
...us aculeus, vrgens nos ad currendum in vi-
...spiritali; est fornax quædam emittens fre-
...entes scintillas quæ cæteras virtutes ad suos
...us impellunt. Si enim dormis, diuinus hic
...mor te excitat; Si ignatus es spiritum ille ti-
...reddit. & vt pergas, impellit; si debilis, ille
...corroborat; si distractus, te recolligit, & in
...mer tempore ad quietem destinato, ipse
...quiescit, sed vigilat semper. & in medio de-
...tia somni te vocat, modo ad opera vitæ acti-
...modo ad Côtéplatiuæ: Sicut Spôsa dicebat:
domino dormio, & cor meum vigilat, corpore. n. dor-
...re, Dèi amor nõ dormit; sed Sponsã suis cla-
...morib. vocat, *c Surge prope a amica mea*. in quæ
...rba ait S Bèrn. Vox quæ blandè nobis mani-

a 2. Cor

b Cant. 5. 2.
c Cant. 2. 10
d Serm. 17. in
Cant.

SPIRITUS
IN FONTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

festat voluntatem diuinam, non est alia
 ipsemet amor, qui ocio sus esse non potest
 nos vrget, suadetq; quod est diuina voluntas
 conforme. O amor æterne, insculpe
 meo fidem ad eò viua, caritatèq; ad eò
 vt semper me excitet ad tuã voluntatè
 stendam, in quo consistit vita mea. Et quoniam
 debilitas mea in causa est, vt sepius illa
 mitent, & à suis actionibus desistant, tuã
 mine excita, supernisq; tuis impulsibus
 adde, vt illæ me excitent sicutq; impulsib
 geant, Amen.

S. Thom. 1.2.
 Q. 65. A. 2.

§. 4.

*Quantum noceat quatuor his impulsibus
 resistere.*

EX prædictis omnibus id infero, quod
 in spiritali vita proficere, debet
 tuis actionibus aliquè ex quatuor
 pulsibus sequi: Siquidem omnes ab Spiritu
 proueniunt, qui nunc per seipsum & sancti
 inspirationem nos alloquitur, dirigit acti
 nunc per ministros suos Angelos, alias per
 stinctum rationis, & lumen naturale, ac
 dictamen fidei charitate inflammata. Quod
 hi Spiritus impulsus, alas moueant vitæ
 templatiuæ, manus verò actiuæ, secum
 ris & absque resistentia aut digressione
 aliquam contrariam, eos sequi. Et quoniam
 non solum ad bonum mouent & adiuuant
 etiam malo aduersantur, dum nobis in

ut illud fugiamus, in utroque oportet illud
 parare. Nam quam utile est illis obedire,
 et est noxium illis resistere aut eos proculca-
 re. Idem est sicut Apostolus dixit, a spiri-
 tu bonum exinguere quod non relinquetur
 cultum, ut Christus Dominus noster insinu-
 at dicens: *b* *Eslo consentiens aduersario tuo*
ut in uia cum eo, ne forte tradat te iu-
di, & iudex ministro, & in carcerem mittaris.
Et dico tibi non exies, inde donec reddas no-
num quadrantem. Exploratum est autem,
 multi patres dicunt, aduersarium hunc que
 dicitur habet consentire, non esse Demonem,
 sed animam, aut carnem quibus potius debemus
 resistere quam omnibus contradicere tanquam hostib. per-
 nos am querentibus. Illud ergo ma-
 gis est certum, hunc aduersarium esse Spiritum
 bonum complectentem quatuor illos Spiritus
 bonos positos, qui suis dictaminibus & in-
 struccionibus, carni nostre aduersatur, culpas
 nostras reprehendit, superflua amputat, pra-
 uas propensionibus resistit, semperq; nos hor-
 tetur fugere nostras proprias voluntates: &
 in omni opere prauo & imperfecto
 arguit ne tale quid faciamus. Quare etsi
 aduersetur, non tamē hostis est, sed ami-
 cus & comes, qui ambulat nobiscum toto tem-
 pore huius uitæ, semper procurans nostrum
 bonum. Non potes propriam conscientiam fu-
 gere, quam deducis tecum quocunque eas, te-
 ne oppugnabit remorsibus suis. Bonus Ange-
 lus nunquam tui commodi curam deponit, nec

a. Thess. 5. 19.

b. Matt. 5. 25.

S. Aug. lib.
 qq. veter. &
 noui testam.
 q. 20. & li. de
 Salutari. do-
 cumen. c. 64.
 S. Ambros. li.
 7. in Lucam.
 c. 22.
 S. Bern. Ser.
 85. in Cant.
 S. Dorothea
 Sermon. 3. de
 Conscientia

SPIRITUS
 BONI



desinet tibi aduersari in malo multo uero
 nus curam tui deponit Deus, qui intra tempus
 est, tecumq; ambulat, atque inspirat, ut a
 declinans sequaris bonum.

HVIC aduersario, siue aduersarijs, tu
 Siluator noster cito consentire, absq; ex
 rationibus aut dilationibus, obediendo
 inspirationibus, acceptando correctionibus,
 sequendo consilia, alioqui futurus semper
 marissima pugna. Nam quis (ait Iob) cre
 & pacem habuit. Tua ipsius Conscientia
 erit carnifex, & tanquam uermis dupliciter
 mordebit ob malum quod agis, & bonum
 agere negligis, & Angelus qui tuæ peregrina
 tionis erat socius erit actor contra tuam per
 naciam, quam d' non dimittet cum peccato
 inultam; & Iudex, qui in hac uita tibi erit
 neuolus in aduersarium conuertetur sepe
 mum, qui si optimè tecum agatur, conuertetur
 in carcerem Purgatorii, ubi exquisitissimas
 ciatibus, lues has resistentias & inobedi
 nec inde exibis, donec ultimam solueris qua
 tem, uel minimam .s. culpam quam admittis.
 Adeoq; grauis esse potest tua pertinacia in
 sistendo, ut sis dignus, qui in alium profu
 rem, magis tremendum & æternum carcerem
 conieciar; ex quo non licebit exire nisi
 debito persoluto; quod quia erit impossibile
 etiã impossibile erit inde exire. Quia in
 no nulla culpa remittitur. Et quoniam con
 titur, est ipsius iudicis hostis, nulla peccati
 ylla culpa satisfacit. Erit itaque maxime

Job. 9. 4.

Exod. 23. 21.

entia perpetuas inducias cum his aduersarijs
habere, quandiu vixeris, fœdusq; cum eisdem
habere, vt quicquid iusserint, aut cōsuluerint fa-
ciamus: quo perfectionem per eos assequamur;
& tandem nos recipiant in æterna ta-
bernacula.

CAPVT. XXII.

DE TRIBVS EXTRAORDINA-
rijs modis, quibus Deus hominibus lo-
quitur: & quosnam eius verba ef-
fectus habeant.



MODI hacten^{us} positi, qui-
bus Deus nobiscum loq-
uitur, communes sunt & ordi-
narij, sunt alij extraor-
dinarij & præter commu-
nem legem qui varijs no-
minibus nuncupantur. Nam cum aliquid
manifestant, quod antea erat incognitum, ap-
pellantur reuelationes; cum sunt de rebus
futuris dicuntur Prophetiæ; quando ipsa
persona quæ nos alloquitur, nobis apparet,
sive per seipsam, sive per figuram aliquam
aut similitudinem, quæ illam repræsentet,
aut per alia signa sensibilia, quæ significant
aliqua mysteria, appellantur Visitatio-
nes, Apparitiones, aut Visiones de quibus

Hos modos
colligit Sa-
ctus Greg. lib.
2. 28. moral.
S. Thom. 2. 2.
q. 171. 3. 3.

SPIRITUS
SANTUS

agetur in tractatu tertio, qui est de Consecratione, quas ad tria genera reducemus: iuxta quos alios tres modos prodigiosos hic indicabimus quibus Deus solet alloqui seruos suos.

PRIMVS ergo modus, quo Deus loquitur seruis suis, est per verba externa in aere fabricata, & auribus corporis percepta, hominibus vigilante: quæ verba quando ab ipso Deo sunt perantur interius id quod representat & significat. Nam Deus utitur illis tanquam instrumentis, ad illustrandum spiritum & loquendum ad cor eius, cui audit, licet cum diriguntur ad aliquid manifestandum, non eundem in omnibus effectum habeant. Huius generis erant multa res quæ Deus dabat Moyse & Danidi, cum aliquid interrogarent. Et vox æterni Patris, quæ apparuit in Baptismo & Transfiguratione Christi Domini nostri dicens: *a Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Et cum aliter venit vox de Cælo, respondens ipsi: *b & clarificabo.* Et iterum clarificabo. Et quando Angelus Gabriel apparuit Beate Virgini, hoc etiam modo est locutus. vniuersim enim cum Angeli hanc na corpora assumunt, loquuntur vocibus sensibilibus, quas aures percipiunt distincte. Sic etiam in nocte Natalis Christi dicebat, c *Gladius altissimis Deo,* Et ipsemet Saluator noster, hoc modo loqui seruis suis, ut locutus est Saul cum dixit: *d Saule Saule, cur me deserpisti.* Quin etiam audita sunt huiusmodi verba prodijisse ex sanctissimo Altaris Sacramento, dicendo aliquid oranti feruenter.

a Matt. 3. 17.
b Ioan. 12. 28

c Luc. 21. 4.
d Act. 9. 4.

euenit cuidam homini Romæ, quem
 summus Pontifex Gregorius XIII. hortaba-
 tur ingredi nostram societatem: qui cum re-
 pugnantiam sentiret in se ad id faciendum, de-
 scendit ad templum S. Petri, genibus flexis
 ante SS. Sacramentum, magno feruore petijt
 manifestari sibi ipfius Christi Domini volun-
 tatem; & repente exijt vox de tabernaculo,
 quæ illi: *esto de Societate nominis mei*, appa-
 ruit verò certò fuisse Dei vocem, ex tribus ad-
 mirandis effectibus, quos operata fuit: primus
 fuit maximæ reuerentiæ, quia proiecit eum in
 terram magno timore & tremore, sicut in
 omnimodi occasionibus euenire solet, ad eũ
 modum, quo vox æterni patris in monte Tha-
 bor proiecit in terram tres Apostolos, qui eã
 audierunt. Secundus effectus fuit: Quod eius
 cor ita commut uerit, vt vehementer affice-
 retur ad id, quod antea horrebat. Vincens vi-
 delicet cum suauitate repugnantiam omnem,
 ac difficultates, quæ ipsum ab ingressu religio-
 nis retardabant. Tertius fuit quod infuderit
 illi repente magnam nominis IESV existi-
 mationem, id quæ tanta luce & claritate in-
 estimabilem diuitiarum, quæ in eo nomine la-
 tent, vt quoties de eo loqueretur, in magnam
 admirationem raperet omnes, qui eum au-
 diebant. Hoc exemplum attuli, vt cognoscan-
 tur indicia harum vocum sensibiliũ, quando
 sunt à Deo & angelis eius. Tales quoque pro-
 ceunt interdum ab aliquibus deuotissimis i-
 maginibus: nunquam enim bonus spiritus in-

Dan. 10. 9.

Matth. 17. 6.

SPIRITUS
IN MENTE

e Num. 22. 28

strumentis vtitur profanis aut indecentibus ad talia verba proferenda Semel tantum in Scriptura legitur, e *Dominum aperuisse os eius, vt loqueretur Balaam*, sibi insidentis vt per os eius gressus impediret, Nam alias per os bestiarum loqui potius est proprium demonis, qui per os serpentis locutus est, vt deciperet.

2.

SECUNDVS modus, quo Deus D. N. loquitur, est superiore frequentior, per verba scilicet interiora, quæ formantur in imaginatiõibus & sensibus animæ internis, in quibus componit rationes & sententiã, quas vult innotescere ei, cum quo loquitur, ad eum modum, quo solet accedere somniantibus, & hac ratione loquitur qui solet seruis suis, & rem aliquam reuelare & docere, siue per seipsum, siue per sanctos Angelos suos: modo proferendo ipsa verba nõ tamẽ patefacta persona proferentis, modo imprimẽdo imaginatiõis aliquas imagines & figuras ipsius loquẽtis; quæ quoniam referuntur ad rem corpoream, solent interdum esse tanquam viua effigies ipsiusmet corporis, quod loquens persona habet, vt sunt Christus Dominus noster, & sancta eius Mater, quale corpus in eodem gradu splendoris & pulchritudinis representant, quo Deus vult. interdum sunt effigies eiusdem corporis, in ea proportione ad dispositione, quam aliquando habuit; quando etiam propli causa proponitur Christus vt infans, aut in cruce pendens, aut aliquis Sanctus, eo vultu & habitu, quem gestabat in hac vita: inter-

dum sunt figuræ personæ alicuius humanæ,
 rum aliquem spiritum referentis, Deum
 videlicet aut Angelum, aut aliquam sanctam
 animam, sed in eo habitu & ornamentis adeo
 castis, grauibus & admirandis, vt facile appa-
 reant excellentes spirituum horum excelso-
 rum virtutes & proprietates; qui quasi induti
 esse videntur illis figuris, per quas loquuntur
 & sese communicant animæ: quæ superiore
 parte intellectus diuina luce illustrati assequi-
 tur ac penetrat, quod illi dicitur, cæteraque
 mysteria per illas figuras representata. Et
 quamuis hoc totum intra ipsam animam gera-
 tur, interdum tamen videntur propè ipsam
 esse ac loqui; interdum verò valdè procul, aut
 in ipsa cælo. Id quod aliquando euenit in so-
 mnijs; sicut locutus est Deus Patriarchæ f. La-
 ob ex summitate scælæ, & aliquibus g. Prophe-
 tis, & sic solet Deus visitare seruos suos h. ape-
 tiens (vt in Iob dicitur) *auris virorum & eru-
 diens eos instruit disciplina*, tum quod illud tē-
 pus sit valdè quietum, cessantibus externis sen-
 sibus à suis actionibus: tū vt procul magis sint
 à tribuendo hoc fauore meritis suis: aut deni-
 que, vt sic reddat præmium diligentia, qua se
 ad matutina orationem præpararunt, aut ad
 somnum religiosum habendum, sicut supra
 dictum est. Sed hæc interna verba vt plurimū
 solent esse in vigilia, & in ipsamet oratione,
 adeo distinctè exprimentia quod Deus vult, at
 que si reuera sensibilia verba profertentur, &
 ita aliunde veniunt efficaciter & viuaciter,

vt fa-

SPIRITUS
INTELLIGENS

f. Gen. 28. 13

g. Num. 12. 6

h. Iob. 33. 15

i Heb. 4. 12.

vt facile appareat omnipotentia Domini illi
 proferentis, iuxta illud Apostoli: *i viuis et
 sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gla
 dio ancipiti, pertingens vsque ad diuisionem ani
 ma ac spiritus, compagum quoque ac medulla
 rum, & discretor cogitationum & intentionum
 cordis, quod euellit ab omni affectione sen
 suali, vel maxime cordi agglutinata; efficitque
 reliquos effectus, quos diuinæ inspirationi
 supra attribuimus, licet efficacius & fortius
 simul verò etiam suauissimè, & propterea de
 citur venire nunc tanquam*

k Apoc. 1. 15.

*k vox aquarum
 multarum: nunc quasi i vox aura lenis, aut
 sibilus aura tenuis, cuius effectus deprehendimus
 ex ijs, quæ fecit Elias, quando illam vo
 cem audiuit, cum esset in spelunca in monte
 Dei. Nam cum eam audisset, operuit vultum
 suum pallio & egressus stetit in ostio speluncæ.*

i Job. 4. 16.

m 3. Reg. 19.

12.

Lib. 5. mor.

c. 26.

Quid est (inquit sanctus Gregorius) vultum
 suum pallio operire, nisi nobis significare,
 quod quando Deus loquitur, efficiat in nobis
 profundam humilitatem, cum summa reue
 rentia conuinctam, insignem interiorem &
 exteriorem recollectionem imaginationis &
 sensuum corporis, rapiendo totam animæ at
 tentionem ad ijs attendendum, quæ Deus di
 cit? Estque admiratione dignum, quod cum
 Elias audisset spiritum grandem & fortè, sub
 uertentè niotes & conterentè petras, & ignè,
 qui post tantā cōmotionem violenter pertra
 sibat, nō operuit vultū suū, nisi cum sensu sibi
 illi auræ tenuis, in quo veniebat Deus; non aut

in re-

in reliquis, quæ in tanta commotione præce-
 ferant: vt nobis significaret, nullam creatu-
 ram sufficere ad nos recolligendos, nisi in ea
 siciple Creator. Quid ve: ò est prodire Eliam
 mox ex porta spelunçæ, nisi vt nobis signifie-
 tur, quod vox & inspiratio Dei statim nos fa-
 ciat a nobis ipsis exire, vt incipiamus ipsum
 Deum cognoscere? sicut experta fuit quæ dice-
 bat: *n anima mea liquefacta est vt locutus est*
dilectus meus, aut vt alia lectio habet: o ani-
ma mea egressa est in sermone eius; quia dilecti
 verbum inflammatum igne amoris, quem in
 diuino suo pectore habebat, illam emolliuit
 dilatari: & que instar ceræ liquefactæ, quæ exte-
 ditur ac dilatatur plusquam ipsius natura exi-
 gat, & ita illam extra se eduxit, non vt in alias
 creaturas spargeretur, sed vt in sui creatoris
 conspectu totam se effunderet, & extra se fa-
 cta, supra se ipsam se attolleret ad illum co-
 gnoscendum, & se diuino illius spiritui con-
 iungendum, denicendo se in seipsam, vsq; ad
 propriam defectionem, eo quod nihil ultra
 possit. Sed quisnam explicare poterit sensuum
 similitudinem, affectuum teneritatem, & exul-
 tationis dilatationem, quæ tunc accipit ani-
 ma? Sed hoc nunc omittamus, donec de hoc
 modo contemplationis fusior redeat sermo, si
 tamen nolis indignus inueniri, qui hæc in te-
 mpla experiaris, excitare sicut Elias à somno
 repiditatis, & ambula feruenter contemden-
 do ascendere ad montem Dei, orationem sci-
 licet & contemplationem, ingredi se cretã
 & ab-

n Cant. 5. 6.

o iuxta LXX

SPIRITUS
IN MONTI

& absconditam speluncam penetrare scilicet
 tui cordis, ad illud te recipe, ad loquendum
 & conuersandum cum tuo dilecto, veniet e-
 nim ipse, vt te visitet, tecum q; loquatur, mo-
 do tibi magis conueniente. Quod si loqui con-
 perit, & aliquid inspirare ad ipsius obsequium
 spectans, recollige te ad attentè audiendum
 ac te ipsum offer ad excedendum à te, vt illud ex-
 equaris, operi vultum tuum pallio, discretio-
 ne scilicet, seruans portas tuorum sensuum
 non complacendo tibi in eo, quod videas, aut
 ab hominibus videaris, vt ita dignus fias, qui
 videas & loquaris cum ipso Deo, complacere
 que ipsi tecum colloqui; sed caue visiones &
 colloquia extraordinaria desiderare, quæ ni-
 quam conceduntur superbe aut inani curiosi-
 tate quærentibus, sed humiliter eas declinatibus,
 & propriam indignitatem ac miseriam ag-
 noscentibus.

3-

TERTIUS modus, quo Deus D.N. alloquitur
 suos, est omnino spiritualis in superiori
 animæ parte, intellectu scilicet, & voluntate
 quo ipse solus vt paulò post videbimus, potest
 immediatè suas inspirationes & illustrationes
 iaculari, loquendo. sicut hominibus, sicut etiam
 Angelis & beatis animabus. Nā intellectus si-
 mul est auditus & visus animæ: auditus est
 quatenus à Deo accipit instructionem, accen-
 ditque quid sibi dicatur: visus est, quatenus il-
 lud intelligit & assequitur. quare in altissima
 contemplatione audit, videtq; sicut Apostolus in
 raptu suo audiuit arcana verba Dei. Et hæc est

causam quicquid ad hunc verborum modum
pertinet, reijciemus ad 3 Tract. nunc transeamus
ad declarandum, quod magis delicatum
est & vtile in hac materia, ne contingat nos in
errore.

CAPVT XXIII.

VARIA DOCUMENTA ET
regulae generales ad cognoscendas ve-
ras visiones, inspirationes & reue-
lationes Dei: impulsus
que spiritus
boni:



QVOD in vita spirituali ma-
ximè necessarium ac vtile,
iudicatur, est cognoscere
motus & sensus internos,
qui in corde nostro sentiun-
tur, vt scilicet discernatur,

quando à bono Spiritu, & quando à malo pro-
ueniant. Sæpè enim Apostolo teste, a ipse
Satanas transfiguratur se in Angelum lucis, & spi-
ritus dæmonis fingit se spiritum Dei, imitando
ipsius impulsus & interiora colloquia: ex quo
provenit, vt quem Spiritus S. impulsu existi-
mamus per ipsius dona ad nostram perfectionem
immissum, is Draconis septem capitum sit impe-
tus in nostram perniciem; & vt ait Sapiens, *bestia
via qua videtur homini iusta, nouissima autem
eius*

I.
a 2. Cor. II.
14.

Prou. 14. 12
Eccl. 16. 25.

SPIRITUS
BONITE

*eius deducunt ad mortem culpæ & æternæ
pœnæ. Et quoniam iste Draco astutus est
videtur, magnam habet peritiam in his fictionibus
fabricandis. Si enim pictor ille aded ad
pingere potuit botrum vuarum, vt volaret
ad eum auiculæ, eius grana suis rostris pin-
rent, vt comederent, persuasæ quod esse
vera: non mirum est, si dæmon ita nouerit
anima nostra pingere tales affectus, vt cum
vera tantum sint pictæ virtutes, vere
tamen esse videantur: & eisdem inelē-
tur, qui multam sibi tribuunt in spiritibus*

2.

PRAETEREA magna est affinitas & similitudo, inter aliquos affectus vitiosos, & virtuosos, adeo vt contingat sæpè nos transire a studioso affectu ad prauum, existimantes virtutem esse, quod reuera est vitium, & iram dicantes zelum, prodigalitatē, liberalitatem pusillanimitatem & hypocritam, humilitatem præsumptionem, confidentiam, pertinaciam constantiam, & amorem proprium, diuinum amorem.

3.

ACCEDIT carnis nostræ sagacitas, & passionum nostræ sensualitatis feruor & furor; ex quo prouenit, vt cor his passionibus agitatam iudicium rationis inuertat, trahatque post se, & iudicet pulcrum esse turpe, & iud quod amat, dicat quod malum bonum, & bonum malum, & ponat tenebras lucem, & lucem tenebras, & amarum in dulce, & dulce in amarum.

c Isa. 5. 20.

DENIQUE imbecillitas nostri intellectus
 sufficiens causa est, ut non possit penetrare ab-
 solum cogitationum & affectionum, quæ in
 corde nostro geruntur, quod solus ipse d *Deus*
 et ipsemet dixit apud Ieremiam *Scrutari po-*
 tuit ac penetrare, nec aliquis cognosceret il-
 lud potest, nisi idem Deus spiritualemente det lu-
 cem ad illud cognoscendum. Quamobrem
 concludit sanctus Gregorius, duas nobis in-
 cumbere curas magni momenti: Primam ex-
 aminandi ac diligenter inquirendi, quid in
 corde nostro agatur, ne in ijs quæ agenda sunt,
 accipiat nos impetus carnis manifestus, nec
 in cogitationibus animus seductus, mala
 esse cognoscat, & tamen faciat. Secunda ve-
 ro nos cura debet vigilantes reddere, ne se
 impetus carnis quasi impetus spiritus latentes
 subiiciat, & culpas quas committimus nobis
 virtutes fingat. Sciendum enim est, quia
 inferiores magisque noxiæ sunt culpæ, quæ su-
 per inducta specie virtutes imitantur, quia il-
 læ in aperto cognita animum in confusionem
 deriunt, atque ad pœnitentiam trahunt: istæ
 vero non solum in pœnitentia non humiliant,
 sed etiam mentem operantis cleuant, dum vir-
 tutes putantur. Hæc sanctus Gregorius, cuius
 etiam consilium plurimum confert ad id,
 quo agimus, & primum multum iuuat se-
 cundum. Si enim studeas humiliter & velo-
 citè obedire inspirationibus, quas apertè co-
 gnoscis esse Dei, moxque resistis suggestioni-
 bus, quas deprehenderis esse dæmonis, non

d Ierem. 17. 9.

Hom. 5. in
 Eccl. 1.

SPIRITUS
 BONI

permittere Deum te in reliquis decipi. Nam
 qui facit bonum quod nouit esse tale, meretur
 adiuuari à Deo, ad assequendum, quod non nouit,
 & qui semper resistit hosti manifesto, merito
 retur non permitti decipi ab occulto. Sed
 semper vigilandum sit tibi in sancto timore
 & formidine, moderatè tamen ac discretè, ut
 ne vitato extremo. Si enim timor sit
 nimis anxiusque cum magnis cordis assultibus
 plurimum nocet fiducia, quam debes de Deo
 habere, quod tibi sit in periculis adfuturus
 sapientia sua suppleturus, quod tu ex igno-
 rantia non assequeris; & huiusmodi timores
 facile disponuntur ad deceptiones: sicut

Mat. 14. 26

et Marc. 6. 44

Apost. maris tempestate et turbati, existimantes
 Christum D. N. super mare ambulante
 phantasma: sic nimium meticolosi illi
 existimant ipsam inspirationem, sicut per-

3 par. Med. 19

dimus in Meditatione huius miraculi. Au-
 rum tamen extremum nimie securitatis pe-
 niciosus est: qui enim non timet non se pre-
 parat, qui autem imparatus est, facile decipitur
 & superatur, & eveniet tibi quod dixit Eccl.

Eccl. 3. 24.

siastres: sicut sunt impij qui uia securi sunt
 quasi iustorum saltu habent,
 sed & hoc vanissimum
 iudicio.

S. 1.

De gratia discernendi spiritus.

PRIMUM igitur esto fundamentum, amplecti consilium S. Ioannis dicentis: *a* **Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint.** Si enim te absque hoc examine proicias, ut credas, quodcumque spiritus interne tibi dicit, graues illusiones ac deceptiones patieris; vel quia fidem adhibebis falso spiritui, credens esse verum, aut non adhibebis vero credens esse falsum, & admittes Angelum Satanæ credens esse Angelum lucis, aut reijcies Angelum lucis, existimans esse Angelum Satanæ: cum vtrumque sit valde perniciosum: neque enim minus nocet portam cordis Deo pulsanti claudere, credendo esse dæmonem, quam pulsanti dæmoni aperire, si credas esse Deum. & æquè perniciosum est, *b* **spiritum bonum** (ut Apostolus *b* **extinguere**, sanctasque eius inspirationes: acque est fouere malum, & execrandas eius suggestiones. Necesse ergo est omnes spiritus probare, ut eos amplectamur & sequamur, qui sunt Dei: repellamus verò eidem contrarios.

Ad hanc probationem & examen, largitur Deus D.N. donum illud & gratiam, quam Apostolus discretionem spirituum appellat, quæ est lamen quoddam interius, quo discernitur inter bonum & malum spiritum, ad

Bb 2

quod

SPIRITUS
INTE

e Matt. 7. 20.

quod tamen etiam conferunt externa indica-
 quæ uterque præfert, iuxta illud Christi Do-
 mini: *c ex fructibus eorum cognosce* eis eos,
 quando utriusque fructus aliquam habent
 similitudinem, lux illa diuina aliquid depre-
 hendit, in quo fit differentia oblato aliquo
 tero iudicio ex quo id appareat. Sicut Rex
 Salomon, ut deprehenderet vtra ex duabus
 mulieribus, vera esset infantis mater, cum
 utraque verbis & affectibus se matrem obte-
 deret, *dixit Rex ad ferri sui gladium,*

e 3. Reg. 3. 24

infantem viuum in duas partes diuidere, non
 eo animo, ut reipsa diuideretur, sed ut
 ploraret veram Matrem, ex commiseratione
 quam altera illarum ostenderet, cum audivit
 infantem esse diuidendum, eique viuum
 infantem traderet, auferret verò alteri, quæ
 illam diuisionem se ostenderet propendere
 & ita factum est. Sed hæc gratia sic spirituum
 discernendi, non omnibus fidelibus datur,
 excellentioribus qui futuri sunt Magistri
 cesque animarum, ad quos tyrones minus
 spiritu experti recurrere debent, ne decipiantur.
 De illis enim illud intelligitur, quod

e Iere. 6. 27.

*dixit Deus Ieremiæ e probatore dedi te in populo
 meo robustum, & scies & probabis viam
 eorum.* Probatorem appellat & metallorum
 examinatore, ut intelligamus sicut in re-
 publica ciuili sunt probatores, qui officio
 debent examinare & probare valorem & pes-
 ctionem argenti, imponendo scilicet aliquam
 particulam massæ, quæ offertur in ignem,

mixturam deprehendant plumbi aut stanni
 argento commixti; & hinc statuunt ac iudicant
 de perfectione totius massæ: Ita etiam in
 Ecclesia esse probatores ac magistros spiri-
 tuales, quorum officium sit, cœlesti lumine
 cognoscere ac declarare valorem, & gradus
 spirituum, virtutum, sensuumq; interiorum;
 examinando scilicet ac probando, num puri
 illi sint ac sancti, an verò admixtum habeant
 aliquid vitij aut deceptionis, adhibitis aliqui-
 bus externis probationibus, vt appareat, num
 quæ virtus videbatur, resoluatur abeatque in
 cinerem, ac deficiat instar plumbi aut stanni; an
 pura & integra remaneat instar argenti probati
 & repurgati. In quibus tamen probationibus
 semper necesse est ad Deum Dominum no-
 strum recurrere. Nam vt ait Sapiens, *fspi-
 ritum ponderator est Dominus, & tanquam
 præcipuus probator eos probat, gigneque (vt
 ait David) examinet sicut examinatur ar-
 gumtum, atque humiliter dicere: O Sol iu-
 stitiæ, illumina tenebras nostras & mitte
 lucem tuam, qua h separemus pretiosam a
 vili, & simus quasi os tuum, quo mani-
 festes & approbes quod tibi pla-
 cet, reprobos verò
 quod displi-
 cet.*

f Prou. 16.2

g Psal. 65. 10
h Jer. 13. 19.SPIRITUS
INTE

S. 2.

*De varietate spirituum.*Gerson. in
centilog p. 3

p. 9. 114. 2. 3

SED quoniam hæc gratia discernendi spiritus, non excludit nostram diligentiam, sed omnibus incumbit, eam adhibere ad eos discernendos, aduertendum est, spirituum bonum complecti eos, de quibus supra cap. diuinum s. angelicum, & humanum illustratum lumine rationis naturalis aut fidei & legis charitatis: malus verò spiritus, diuos tantum complectitur, dæmonis videlicet & proprium siue carnalem & mundanum. Nam (testis S. Thoma) non oēs parui motus, quos in nobis experimur, fiunt à malis Angelis, sed multos eorū à nobis ipsis oriuntur, & ab illo spiritu què proprium appellamus, eo quod legibus propensionibus carnis nostræ sit subiectus, ut propriam voluntatem & iudicium proprium appellamus, quod ita nostrum est proprium, non sit Dei, cuius legi aduersatur. Et idem Bernard. enim appellat spiritum carnis, & spiritum mundi. Et hinc est quod spiritus noster motibus & sensibus, quos producit, interdum bonus, interdum malus, ac proinde bonæ præuæque cogitationes & effectus, quos experimur, interdum oriuntur à bonis aut à deprauatis propensionibus à virtutibus & vitis carnis nostro tenaciter inhaerentibus: interdum verò à foris veniunt immixti à bono aut malo spiritu. Quamuis (vt bene S. Bernardus perperdit) non sit possibile in hac vita, certo semper

discernere, quando huiusmodi motus à nobis
 ipsis, aut aliunde proueniant, nec semper id
 est necessarium. Nam si motus est prauus, pa-
 rum refert nosse, num à dæmone, an à pro-
 prio spiritu ad malum propenso prouenerit.
 Semper. n. festinante est illi resistendū. Si etiā
 motus interior manifestè sit bonus, non est
 cur multum labores in examine, nū immedia-
 tē à Deo sit, an à bono Angelo, an à consci-
 entia bonū propensa: æquē. n. vult sibi obediri,
 quando suam voluntatem aperte manifestat,
 siue id faciat per seipsum, siue per suum Ange-
 lum, aut per eius conscientiam, qui illā agno-
 uit. Quod si dubites à quo spiritu mot⁹ ille bo-
 nus procedat, faciendum tibi est, quod ipse
 Christus D. N. dixit cuidā Religioso, anxie so-
 licito, eo quod non sciret, num colloquia &
 verba quæ sentiebat, essent à bono spiritu, quē
 tranquillū redderet, hanc ei quæstionem
 proponit cū esurienti tibi ramus offertur, fru-
 ctibus plenus, quid tunc facis? Respondit ille
 fructus comedo, ramū verò vacuū abijcio. hoc
 ille inquit ipse Dñs faciendum tibi est in his
 dubijs, quæ circa interna verba, quæ sentis, tibi
 occurrunt, comedas fructum bonū qui tibi of-
 fertur, exercendo scilicet bona opera, mani-
 festè bona, quæ tibi inspirantur, de quibus
 non sis amplius sollicitus, vt sis ab omni de-
 ceptione expeditus. Nihilominus in mul-
 tis alijs rebus refertur multum scire abs-
 que deceptione, quando huiusmodi motus
 & verba siue colloquia sint inspirationes

SPIRITUS
BONITE

Spiritus S. vt locum illis demus ; quando vult
 à malo spiritu simul ante speciem virtutis,
 illos reijciamus.

Ho c ipsum quod hic diximus, intelligendum
 est habere etiam locum in deuotione & lacrimis
 in feruore & lætitia, iubilis & suspensio-
 ne sensuum, in extasi & raptu & simili-
 bus affectibus, quos S. Bonaventura ait prouo-
 nire posse à triplici principio. Primum est
 naturalis corporis constitutio ad eas accom-
 data, eo quod vehemens sit, & instar ignis
 uax, aut læta valde & mollis, aut tenera,
 quæ facillè tangitur commiseratione, aut quæ
 vehementer apprehendat quod imaginatur
 cogitat. Secundum est spiritus Dei, vult
 interdum bona hominis constitutione, ipsa
 que naturam gratia sua perficientis, vt le-
 dem simul accingant, & vtriusque opera
 durabiliora, quamuis alias tendat contra-
 sam inclinationem, eleuando spiritum
 strum ad res altiores, quam eius facultas natu-
 ralis assequi posset, vt sic facilius appareat
 diuitiæ gratiæ ipsius. Tertium principium
 est malus spiritus, qui complexione natura
 vtitur ad suas fraudes tegendas, ad eum mo-
 dum quo supra diximus, de lachrymis
 Ismaelis; ac propterea non parum re-
 cognoscere bene naturalem constituti-
 onem, vt spiritus discernatur, qui efficit motus
 los internos. His ergo fundamentis
 niti debent regulæ & documenta, quæ
 traduntur circa adiuuandam gratiam dilecti-

n. 4. dist. 3

cap. 17.

DUX
 T. R. P.

endi Spiritus, ad euitandos errores circa illos. Quorum documentorum certiora & vniuersalia hic ponemus, quæ continent multa alia magis particularia, aduertendo tamen, quod licet singulæ regulæ propriam habeant documentum, illud tamen per se solum non sit sufficiens nisi & alia simul adhibeantur.

§. 2.

De obiecto sue materia diuinarum inspirationum, veritatibus scilicet, ac virtutibus.

DVAE priores regulæ, quibus reliquæ innitantur, pertinent ad obiectum & materiam diuinarum inspirationum; quod complectitur veritates tantum, ac virtutes puras & absque admixtione & odore falsitatis aut vitij. Quoniam Spiritus Sanctus à quo illæ procedunt, est Spiritus veritatis & Sanctitatis: Quare cum alloquitur nos & aliquid cordi inspirat (vt ait S. Augustinus) extendit, vt doceat alliciatque ad veritates credendas, & ad virtutes executioni mandandas, detestando quemcunque in his errorem & culpam; ac proinde nihil veritati aut virtuti diuinæque voluntati potest ab Spiritu Sancto inspirari.

HINC sit primum, vt Spiritus S. nihil possit inspirare, quod contra dicat ijs, quæ sunt in Sacris Scripturis reuelata & à S. concilijs declarata & in tota Ecclesia recepta. Quia De-

Bb 5 us non

SPIRITUS
SANTUS

Lib. de triplici habitaculo.

is non potest sibi ipsi esse contrarius, nec
 veritas alteri veritati aduersari. Quoniam
 ergo quicquid in diuina Scriptura continetur,
 veritas infallibilis, reuelata p̄ ipsummet Deum
 nam vt ait S. Petrus, a *Spiritu S. inspirati* lo-
 a 2. Petri 12. *sunt sancti Dei homines, sacri. s. script.* ex quo
 fit, quicquid Deus inspirat, ijs cōforme esse de-
 bere quæ habentur in scriptura sacra & nulla
 omnino modo eis contrariū, & in eum sensum
 b Iob. 33. 4. *S. G. reg. li. 23. moral. c. 11.*
 dicitur apud Iob b *Semelloquitur Deus.* Es-
 sto enim sæpius suis seruis loquatur, semper
 tamen conformiter ad ea, quæ in sacris scri-
 pturis est locutus, nec vnquam aliquid dicit
 contrarium.

3.

DEINDE sequitur quoniam Spiritus S. est
 Spiritus Christi id quod præcipue inspirat esse
 veritates ac virtutes ipsius Christi, veritates
 quas ille docuit, & virtutes, quas exercuit, ho-
 cem præbens ad illas cognoscendas, & gratiam
 ac vires ad has imitandas, iuxta id quod ipse
 Redemptor noster Apostolis suis promisit in
 e Ioan. 14. 26. sermone post cœnam, dicens: *Paracletus Spi-*
ritus S. quē mittet pater in nomine meo, ille vos
docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcum-
q. dixero vobis. Nunquam itaq; inspirat res in-
 utiles nec impertinentes nouitates, nec vana
 rationem ab ea, quam ipse Christus in suo Eu-
 angelio docuit, & in vitæ decursu secutus est,
 alienam. Quin potius (vt ait Sanctus Bernar-
 dus) quoniam tenemur declinare à malo, &
 facere bonū, proprium est Spiritus S. in vtroq;
 horum iuuare nostram infirmitatē. Ad primū
 suggerit

ser. 7. de Pē
teco.

aggerit nobis compunctionis affectus, cul-
pas nostras reprehendendo: de eo enim di-
citur: quod *d quando venerit arguet mundum*
de peccato. Ad secundum curæ illi est memo-
riam nostram reficere, & illuminare intelle-
ctum, ut firmiter & magno cum gaudio cre-
dat, quod reuelatum est, & voluntatem al-
licere ad imitationem Christi, ad custodi-
am legis eius, ad amplectenda Euangelica con-
silia.

d Ioan. 16. 8.

Hi NC tertio efficitur, omnia interna sen-
suum, quæ non mensurantur hæc prædicta regula,
esse à malo Spiritu. Quia Dæmon est Spiritus
mendacij & malitiæ: Ideoq; omnes eius ser-
mones & suggestiones tendunt ad falsitatē &
perniciam. Quod ille præstat varijs modis, aliquan-
do enim quod dicit, est manifestum mendaciū,
contra Dei veritatem; sed illud obducit ratio-
nibus apparentibus, ut verum esse credatur; si-
cut decepit Euam. cum enim Deus dixisset, e-
ne ligno scientiæ boni & mali ne comedas; in
quo unque enim die comederis ex eo, morte mori-
eris; f Serpens dixit ad mulierem: ne
quaquam morte moriemini, sed eritis sicut Dÿ,
scientes bonum & malum. Quasi ei diceret:
Verba illa Dei fuerunt minæ, ne euaderetis
sapientes, sicut ille. Alias quod dicit, est
veritas certa, ex scriptura Sacra deprompta,
sed ipsa applicatio est apertæ falsitati coniun-
cta, concludens falsas conclusiones ex præ-
missis veris. sicut tentauit ipsum Chri-
stum decipere, cum dixit, g mitte te deorsum,

e Genes. 2. 17

in Eccl. 3. 4.

g Matt. 4. 6.

scriptum

SPIRITUS
SANTUS

Scriptum est enim : quia angelis suis mandatum
de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. veritas erat illa Deum
sed applicatio Dæmonis fuit dolosa, colligitur
ex ea, licere Christo mittere se ex pinnaculo
deorsum, Deumque sine necessitate penitentiam
Qua via decipit, & fere quotidie decipit
feros Hæreticos, persuadens illis, aut fallens
esse, quod est in Scriptura, aut aliquem errorem
ex ea deducens, propter malam applicationem
aut eos eò deducens, ut instinctum interiorum
quem sentiunt, regulam faciant suæ crudelitatis
tis ; nihil curantes, quid Deus reuelauerit,
qua re non possunt ipsi appellari illuminati
sed potius obtenebrati, ut qui sequantur pro
prium iudicium, errans, incertum, & incon
stans, cum deberent credere tales instinctus
deo varios & repugnantes, non posse ab ali
provenire, quam à mendaciorum parente.

4. Dial. c. 48.

5. 1 hom. 22.

Q 172. a 6.

Collat. 2. c. 3

INTERDUM verò idem malus Spiritus
subtiliori alia fraude vitur. Nam ut Sanctus
Gregorius ait, per tempus aliquod multa in
gerit quæ sunt vera & studiosa, ut sic securus
faciat eum, cum quo agit, quod sit Spiritus bonus,
sed aliquid postea addit, quod ipsius est
proprium, persuadens aliquem errorem aut
peccatum. Hac ratione (ut refert Cassianus)
decepit quendam Monachum, cui per longum
tempus apparebat ac reuelabat res valde salu
tares; quem cum videret superbia tumentem,
multumque suis reuelationibus tribuentem, ost
stendit ipsi Christianum populum cum Apo
stolis

holis, valde tristem & lucidum; populum
 vero iudaicum cum Moyse & prophetis, val-
 de lætum & elegantem, dixitq; illi. Si vis par-
 iceps esse lætitiæ & pulchritudinis horum,
 circumdaris sicut & ipsi; & cum ille miser
 consueuisset maligno illi Spiritui credere in
 his, quæ vera erant, adhibuit etiam fidem in fal-
 sitate, permittente Deo hunc lapsum illi super-
 bo, ad nostram instructionem & cautelam.

Ex quo licet inferre, maligno Spiritui, quã-
 do talis esse cognoscitur, nõ esse habendam fi-
 dem, etiam in veris quæ dicit; propterea quod
 ille dicat; nec obtemperandum in bono quod
 præcipit, propterea quod ipse præcipiat; sed
 quia ipsa ratio aut fides sic dicat, nec permit-
 tendus est aliquid nobis dicere; exemplo Chri-
 sti D.N. qui h

Damonia clamãtia, quia tu es fili- h Luc. 4. 41.

us Dei, increpans non sinebat ea loqui. Quia quæ
 cumq; dicant aut faciant, eo dirigunt, vt nos de-
 cipiant, & in superbiam ac in perniciem nostrã
 adducant. quod si Dæmon aut passio aliqua tua
 furioso aliquo imperu, ad bonum aliquod opus
 etiam præceptum impelleret, non est facien-
 dum, vt eius pareas suggestioni, sed vt imple-
 as legem Dei, reprimendo furiosum impetum
 & perturbationem, quam sua suggestione Dæ-
 mon adfert. Nam (vt ait Apostolus) *omnia mi-* 1. Cor. 6. 12.
hi licent, sed ego sub nullius redigar potestate:
 Quasi diceret, etsi res licita sit, non tamen nos
 eius mancipia esse debere, sed eam facere cum
 libertate cordis. Est autem ad nostram conso-
 lationem aduertendum, si quando à malo

Spiritu

SPIRITUS
 SANCTE

In Cant. c. i. spiritu instigati, id ignorantes, faciunt
quod bonum opus, modo ad sit bona intentio
cetera q; conuenientes circumstantia, no
pterea (vt ait Richardus) opus illud debet
esse Deo gratum. Dæmonis enim malitia
potest ei nocere, qui in ipsa actione,
fit eius particeps. sicut si quis mihi per
deret intentione deprauata, vt Eleemo
nam ego facerem, si ego bona intentione
cero, habeo meritum apud Deum, quia
terius mala intentio, non potest inficere bo
meam.

s.

DENIQUE quamuis sit verum, omni
spiritum, qui vel semel instigat, aut
uelat aliquid falsi aut mali, etiam si ma
lum, esse euidenter malum, esto multa
ra prius dixerit, & ad magnas virtutes in
gauerit, quia Spiritus Diuinus est purissimus
absque vllius falsitatis aut malitiae adm
one: non tamen propterea existimandum
omnes reliquas inspirationes aut reuelati
nes, quas homo ille habet, esse à maligno Spi
ritu, nec eas illusionum nota damnare (vt be
Gerson aduertit) quin potius est familiare
Dæmoni, vt opinionē verarū allocutionū
reuelationū Dei imminuat, eosq; qui illas
cipiunt, turbet & affligat immiscere aliqua
as, vt reliquæ omnes suspectæ habeantur, &
illas admittat, aut in vltimū deducat, qui
habet. Quod tamen totum consuevit Deus
uertere in bonum suorum electorum, Iuxta
eis præbens ad horum motuum varietatem
stringere.

Tract. de di
stinct. verar.
reuelation.
signis. in i.
parte.

anguendam, & ex omnibus fructum haurien-
dam ut mox videbimus.

PRAEDICTO huic fundamento in-
tuitur præclara quædam differentia, quâ ipse-
met DEVS indicavit, inter verba sua, &
spiritus maligni. Huius enim verba appel-
lata s^{unt} *somnum & paleam*; sua verò, *tritium,*
ignem & malleum. Mali enim Spiritus verba k 1078. 23. 23.
omnis sunt, quia nec veritatem, nec san-
ctitatem habent, sed fictam apparentiam &
speciem, ab eius malitia inductam aut à no-
stra stulta imaginatione. Et sicut somnia
sunt affinia humori, in corpore prædominan-
ti, aut ijs, de quibus in die actum est: ita
eius verba, semper solent esse conformia
inclinationi, inaniq^{ue} audientis desiderio.
& potius ad quandam eiusdem delectatio-
nem quam ad profectum diriguntur. Et pro-
pterea appellantur palea, quia vacua & ina-
nia à veritate & virtute, nec firmitatem ha-
bent nec stabilitatem in ijs quæ dicunt, sed in-
clinant ad vanitatem mundi & carnis sen-
sualitatem, suntq^{ue} esca bestiarum, homi-
num scilicet bestialibus carnis suæ appetiti-
onibus deditorum, quæ etiam instar paleæ fouet
ignem cupiditatum eorundem. Verba autem
Dei sunt sicut tritium, quia nutriunt & con-
fortant Spiritum solidis veritatibus & virtu-
tibus: deoq^{ue} in bonam terram seminata, p-
ferunt copiosum bonorum operum fructum.
Sunt etiam sicut ignis, quia fide illuminant, &
amore inflammant, contritione purificant,

contⁱⁿ

SPIRITUS
SANTUS

contemplatione ad cœlum extollunt, alij
 zelo communicantur, vruntque & conlucunt
 quicquid est palea, dissoluendo præsentia
 omnes imaginationes & somnia Spiritus mali.
 Sunt denique sicut malleus conterens petram
 quia flectunt duritiem cordis, iudicij pernici-
 tiam, carnis rebellionem, & passionum
 veritatem, & vt ignis & malleus ferrum mol-
 liunt & flectunt, ira diuinis verbis flectitur
 emollitur cor nostrum, vt excellentes virtutis
 figuras recipiat.

§. 4.

*De puritate intentionis, ac discretione, qua
 bonum spiritum comi-
 tatur.*

VERITATIBVS & virtutibus, quæ
 duo sunt certæ signa diuinarum inspira-
 tionum, coniunguntur intentio pura
 discretio, tanquam duo oculi, de quibus illud
 intelligitur, quod Christus D.N. dixit: *asi
 lus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lau-
 dum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam
 duplexque, totum corpus tuum tenebrosu-
 rit, ac turpe.* ac proinde sunt certæ indicia
 discernendum Spiritum bonum à malo. Non
 primum Spiritus bonus, semper impellit ad
 bonum finem, gloriam scilicet Dei absque
 alicuius mali aut obliqui permixtione. Cuius
 enim b *vniversa propter semetipsum operatur
 Dominus, ob suam scilicet gloriam; ita quæ*

^a *Matt. 6. 22.*

^b *Prou. 16. 4.*

quid ipse inspirat, ad eandem tendit; & quic-
quid est cōtra hoc, proficiscitur à malo Spiritu,
hoste diuinæ gloriæ, qui semper quærit q̄ sibi
et proprium in honore aut voluptate. Ex quo
ut deotio & lætitia, q̄ adfert bonus Spiritus
non sit Dei, & ipsi Deo referatur accepta; ac
propterea Apost. eā appellat *gaudiū in Spiritu*
S. Quia ab eo proficiscitur, & eū habet pro
suo scopo & fine vltimo, quia de solo gaudet, q̄
Spiritu S. placet; & gaudet, in eū finem, vt ei-
dem placeat: ad illud ipsum nos exhortatur, i-
dem Apostol. cū ait: *gaudete in Domino, semper*
David idem suadet dicēs: *delectare in Do-*
mino, & dabit tibi petitiones cordis tui. quæ
delectatio, si sit finis principalis sui ipsius, non
erit ab Spiritu diuino, sed proprio, carnali ac
sensuali, qui etiā alitur & fouetur rebus spiri-
tualib⁹, & afficitur in Deū (vt ait Richardus)
non q̄ illum amet, sed q̄ eius dulcedine dele-
ctetur, cuius indicium est *si tam diu duret dile-*
ctio quā diu durat dulcedo. qua dulcedine per-
sistēte, magna est in homine promptitudo ad
currendam viam mandatorum Dei, eiusq; cō-
fessionum, sed ea subtracta, deficit amor & prō-
prieudo illa, omnisq; eius obedientia, defici-
ente scilicet fine & motiuo eius. propter ean-
dem causam, non censetur esse Dei dulcedo
illa atq; deuotio, quæ vt finem respicit, homi-
nibus placere, cuius iudicium erit si extollatur
in publico, quando ab hominibus videtur, in
secreto vero marcescat, aut si laudibus dilata-
tur, contemptu vero arctatur, aut si eam quæ-

e Rom. 14. 17

d Philip. 4. 4
e Psal. 36. 4.

Richard. in
Cant. cap. 6.

SPIRITUS
INTE



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rat petatq; à Deo cum aliqua perturbacione,
 xietate aut impatientia, conquerendo & re-
 bado seipsum si differatur, aut negetur, aut
 trahatur, signum est. n. spiritum proprium
 esse participem, seipsum potius querente
 ipsum Deum.

Richard in
 Cant. c. 17.

f Rom. 13. 1.
 g Cant. 2. 14.

IDEM bonus spiritus semper comitem
 bet pretiosissimum alterum oculum qui est di-
 tionis, quo ordo rectaq; dispositio adhibetur
 in omnibus, que inspirat vt. n. ait Apostolus
qua sunt à Deo, rectè ordinat à suis ita vt
introducatur in cellam vinariam. .f. affectum
 tim ordinet nobis charitatem, que illorum
 dux: ibi .n. maximas fraudes potest hinc
 texere, conuertendo .f. spiritualemente amore
 sensualemente, ob eius inordinationem. Quam
 brems dicere solebat quidam in his valde
 citatus (vt refert Gerson) nihil sibi esse
 suspectum, atq; ipsum amore, etiam cum
 rebus diuinis. Nam (vt ait S. Augustinus)
 cedo est soror amoris, sensualitas vero
 dulcedine, ex quo multa inordinationes
 niunt, non solum si accipiatur tanquam
 sed si etiam tantum de eo vino quis hauriat
 vt inebriatus bonum eius usum amittat, aut
 miam carnis debilitationem efficiat ex qua
 ficiat spiritus, aut adeo eidem adheret, vt
 cupationum suarum ordinem peruerat
 redo .f. ea opera que sunt obligatoria, aut
 ioris perfectionis, vt affectu dulci fruatur
 cupiendo statim ad supremum culmen perueni-
 nire, non transeundo per infimum, magis

Supra Tract.
 de simplifi-
 cat. cordis.
 notula. 19.
 parte 3.
 Lib. 3. Con-
 fessionum.
 Richardus
 supra.

Gerson tra-
 ctatu de pu-
 sillanimit.
 part. 3.

retiarum. Ideoq; eo interdum peruenit, vt iu-
diciu ipsu amittat, & in Spiritus phrenesin
incidat, quod totum prodit malignum spiritū,
quo procedit; qui ingressus cum huiusmodi
ignorantibus in cellam vinorum Dei, abstulit
illis discretionem, conuertens (vt ait S. Bern.)
eorum feruorem in furorem, bonosq; eorum
affectus in prauos.

Ex quo fit, vt in Dei impulsibus & motibus
(vt insinuat Gerson) simul eluceant tria præ-
cipua ipsius attributa, bonitas. s. sapientia &
omnipotentia. Bonitas, quia semper inducunt
quod est bonum, licet non statim ad id qd
est magis perfectum. Sapientia, quia (vt in li-
bro Job dicitur) h *inspiratio omnipotentis*
intelligentiam mysteriorū videlicet & o-
mnium illorū, quæ ad nostrā salutem spectant,
in quo tamen non cæcè procedit, sed prudenter
per gradus suos, mouedo (vt ait S. Bern.) pri-
mū affectus, & oscula pedum Christi, mox ma-
nu, ac deniq; eius diuini vultus. Omnipoten-
tia eminet in efficacia, qua mouet ad execu-
tionē operis, q. n. dat velle, dat quoq; p̄ficere qd
ille voluit, vires & facultates ad id mira iucū-
ditate præbēdo. Nā vt ait idē S. Bern. affectus qd
ratione procedit, est fortis, sed siccus; qui autē
inimā sapiētia simul est suavis & fortis.

Atque hinc puenit qd spiritus, cū sit discre-
tus ac moderatus ordinariē non moueat, nisi
ad res ordinariās, & cuiusq; viribus sine mi-
raculis accommodatas, ducendo nos per vi-
as rectas, planas, & tritas, ac propterea

Serm. 33. in
Cant.

3.
In Centilo-
gio de im-
pulsibus, &
Tractar. 8.
Super Magni-
ficat. Impul-
sus est beni-
gnus lumi-
nosus & vir-
tuosus.
h Job. 32. 8.

Serm. 50. in
Cant. est af-
fectio quam
natura gi-
gnit & quam
sapientia cō-
dit.

SPIRITUS
INTELLIGENS

securiores q̄ sint extraordinaria & inlicita
in quibus maiora insunt pericula, & maligni
Spiritus maiores tentat assultus. Nam cū De
auctor sit viæ huius ordinariæ ad cælū, p̄
maiores nostros deduxit, inspirat nobis, ut
eandem incedamus, i *nec transgrediamur*

i *Prov. 22. 28.*

minos antiquos, quos posuerunt & triseru-
Patres nostri. Dæmonis autem Spiritus, incit
cit ad hos terminos transgrediendos, induci
do ad res novas, curiosas, singulares, prodigi
sas, & inusitatas, quæ admirationem afferunt
stuporem mundo, ad consequendū honore
Citatis. Sed quoniam Spiritus S. interdum
iam extra ordinaria inspirat, non erit absque
liqua documenta & indicia proponere, ad
impulsus dignoscendos, petēdo demissio
D.N. auxiliū verbis illis Sponsæ: *supreme*
ter k qui pascis & cubas cum tuis ouibus in
ridie, in eminenti .f. luce & Spiritus feruor
coniunge, quæso in me feruorē & lucē, ne
tepidus vel vagus incedā, sequens imper
forum & malorum spirituum, qui se fing
sodales tuos.

§. 5.

*De impulsibus & inspirationibus ad res
extraordinarias.*

I.

EX quatuor his indicijs boni Spiritus
cet quintam regulam deducere, quæ
gnoscamus, quem seruet stylū, cui ad
extraordinarias, incitat, premittendo huius
modi inspirationes varijs modis euenire: mo
cert

certū reddente ipso Deo D. N. internè suas esse
 inspirationes, nullo dubietatis ea de re vesti-
 go relicto: Quo modo loquebatur Deus cum
 prophetis res quæ huiusmodi illis iniungebat
 ac probat S. Thomas exēplo Abrahami quē
 iussit sacrificare filiū suū Isaac; quæ res primo
 intuitu, videbatur contra legē naturalē: sed ita
 certū ac securū internè eū reddidit, quod ipse ef-
 fecit, qui hoc iuberet, & quod tanquam Dominus
 absolutus vitæ omnium hominum, poterat iu-
 bere offerri sibi, non solum animalia, sed etiam
 proprium ipsius filiū, vt mox absq; excusatio-
 nis fuerit aggressus. Alias similia solet inspi-
 rare impulsu quodā & instinctu interno adeo
 vehementi, vt cor ipsum rapiens, faciat magna
 securitate exequi quod inspirat; sicut aliquibus
 reginibus & martyribus inspirauit, vt sese in
 ignē proijcerent anteq̄ eas proijceret carnifex,
 sed nō sunt hę inspirationes, tanq̄ regula acci-
 piendæ eius quod sumus facturi; nec exempla hæc
 sunt imitanda sed admiranda, & laudand° De-
 i sanctis suis & operibus suis. opus est aut̄ ma-
 gna attentione in rebus huiusmodi. Nā Demō,
 cui instat simia, vult imitari, quod facit Deus,
 hic accipit occasione ad ignorātes & supbos
 decipiendū, eos permouens ad res rationi con-
 trarias, fingens, quod Deus cū ipsis dispenset,
 & interna illa inspiratione potestātē faciat ad
 ea exequenda. Et hoc modo refert Cassian° dæ-
 monē persuasisse cuidā Monacho, vt propriū filiū
 quem apud se habebat, decollaret, quo Abra-
 hamī Sanctitatē imitaretur, Quod facinus fu-

22. Q. 171.
art. 31

Collat. 2. c. 7

SPIR
ONTE

Tract. 11. in
Ioannem.

Osaz 1. 2.

2.

isset executus, nisi puer videns parentē accipere
gladium, timensque ne tale quid attentaret
fugiens euasisset. Et quibusdā etiā Hæreticis
refert S. August.) persuasit vt se præcipites
rent, aut se in ignem conijcerent, vt Marti-
euaderēt. Alijs quoq; miserrimè persuasit
quia, inhonesta peccata, fingens Deū dispe-
cum illis, sicut iussit Prophetam Oseam
mere sibi vxorem fornicationum.

VT ab his fraudibus liberemur, oportet
telligere, veritatem ac puritatē huiusmodi
spirationum, desumendam esse ex finibus
quos diriguntur, maioris scilicet gloriæ
profectus spiritualis eius cui immituntur
dificatione Ecclesiæ, & utilitate proximorum
aliquando diriguntur ad probandā fidelitatem
obedientiā ipsius iusti, sed tūc præsupponitur
esse rarè sanctitatis, qualis erat Abrahā. Ne-
nē enim Deus plus onerat, quam ferre possit
nec probationes extraordinariæ sunt necesse-
riæ, nisi ad virtutes extraordinarias man-
das. Ex quo fit, quod huiusmodi probationes
hominibus imperfectis sint, à Demone, quod
te illorum perniciem. Alias eadem probatio-
nes diriguntur ad eripiendum iustū ab aliquo
extraordinaria tentatione, & peccandi per-
culo, sicut S. Benedicto inspirauit, vt se in
bus tam diu voluaret, dum lacerato corpore
voluptatis sensus, ad quem Diabolus arde-
tes faces subjecerat, dolore opprimeretur.
Sancto Martino, vt se proijceret in mare, &
solus maneret cum quadam virgine in mare

erat in mari. Apparuit autem eam fuisse
 inspirationem ex eo, quod statim accurre-
 rent Delphines, qui ipsum supra dorsum ad ter-
 ram deducerent. Ex quo apparet fraudem esse
 demonis quamcumque suggestionem ad sensua-
 rum voluptates. Semper enim Deus inspirat, ut
 non fugiamus, nec unquam dispensavit, aut di-
 pensaturus est, ut quis illas sequatur imo po-
 terat si in aliquo dispensat, id facit eas fugiē-
 das. Quod si iussit Oseam ducere quandam forni-
 catricam, non id fuit, illum ad voluptates incli-
 nandum, sed potius ad mortificandum, inito
 matrimonio alias licito, sed valde contrario
 ipsius honori & voluntati, ut rudi plebi hoc o-
 portet prophetizaret, quod verbo assequi non
 poterat.

ALIAS Dominus noster mittit huiusmodi
 inspirationes, ad declarandam gratiae suae effi-
 cacitatem & fortitudinem animi, quae servis suis
 efficere potest, sicut inspiravit aliquibus Martyribus,
 ut se in flamas conijcerent, perveniētes manus Car-
 nicum quae eos proijcere volebant. Hoc facto con-
 fidentes & pudore afficientes Tyrannorum cru-
 delitatem, & simul erigendo aliorum fide-
 litatem, qui praesentes aderant, debilitatem. Ve-
 rum rari sunt huiusmodi casus, & quando mors
 non poterat evitari alioquin erunt illusi-
 ones Daemonis, ut eo citius trahat eos in infer-
 num, qualis fuit Monachi illius Heronis,
 cui (ut refert Cassianus) persuasit, pro-
 jicere se in profundissimum puteum. Ex quo
 etiam vivus evasit, non tamen deceptionem

5

Collat. 2. c. 5.

SPIRITUS
 IN FONTE

agnouit, sed mortuus est postea pertinax in
deceptione & errore.

4. **DE NIQVE** Deus ad suam gloriam ma-
nifestandam, inspirare solet varios vitæ extra-
ordinariæ modos in ieiunijs, recollectione,
asperitatibus, sicut legimus in Historijs S. An-
tonij, Simonis Stilitæ & quæ vocantur salo-
stultû & S. Catharinæ senësis & aliorû huius-
modi, sed ordinariè non mittit huiusmodi in-
spiraciones nisi ijs, quorum opera vti vult
multas animas cõuertendas, vt èdo tali forma
vitæ, tanq̃ stupèdo p̃digio, ad eas trahendas
suû obsequiû. Qualis fuit vita magni Baptistæ
q̃ etsi nullû esset facturû miraculum, eius
men vita fuit quoddam continuum miraculum
ad populum Hebræum conuertendum. Quæ
raræ sunt iudicandæ inspiraciones Dei, quæ
personæ habent, quæ proprio tâtum profectum
attendunt, nisi adsint simul indicia, de quibus
mox dicemus.

S. 6.

De inspirationibus ad res bonas generatim

Processu 7.
Religiõ, c. 9.

SEXTA regula est de inspirationib. quæ
solum nos mouët ad res bonas generatim.
vt ait S. Bonaventura, Dn. Deus nos interdum
interdum inspirat in particulari, q̃ vult nos facere
re; interdum solum in genere inspirat, vt
maiorè gloriã & voluntatis eius beneplacitum
& Christi Domini imitatione quæramus. Non
raro tamen euenit, vt cum hæc desideria per
fectior

lectionis à Deo inspirentur, applicatio tamen ad particularia sit dæmonis, aut spiritus proprii. Sicut euenit Iephte de quo refert scriptura, quod a factus sit super Iephte spiritus Domini, & votum vouit Domino dicens: si tradideris filios Amon in manus meas, quicumque primo fuerit egressus de foribus domus mea, eum holocaustum offeram Domino, cui reuertenti in domum suam occurrit prima vnigenita filia sua, quam obtulit in sacrificium sicut vouerat se facturum. in quo tamen grauissimè errauit. Nam esto votum in genere factum fuisset inspiratio Dei, applicatio tamen illius voti ad rem particularem quam obtulit, fuit à proprio spiritu; secutus enim iudicium proprium non consuluit (vt ait sanctus Ambrosius) sapientes, qui exemplo Abrahamæ deprehendissent, Deum non gaudere aut delectari sacrificio, in quo sanguis humanus effunditur. In hunc modum multæ illusiones eueniunt pijs aliquibus personis, quibus Deus inspirat sancta desideria pœnitentiæ, ieiunij, orationis & mortificationis, quæ confidentes, ea desideria & inspirationes à Deo esse, aliqua particularia exequantur, vt eis respondeant, instigata proprio spiritu & feruore indiscreto. aut à Dæmone, quem Dauid b *meridianum* appellat. Qui (vt ait S. Bernardus) transfiguratur se in Angelum lucis claræ ac feruentis, tanquam meridiei, ad decipiendum feruentes, conuertendo feruorem in furorem, vt sine iudicio aggrediantur ea, quæ ipsorum vires excedunt

s Isa. 11. 29.

S. Tho. 22.
q. 88. a. 2. ad 2

Lib. de Virg
circa mediū

Tract. 4. c. 11
fufius de
hoc dicitur,

b Psal. 90. 6.

Serm. 33. in
Cant.

SPIRITUS
INTE

Col. 1. cap. 21

credentes talia sibi à Deo inspirari. Ita an
 Cassianus successisse Abbati Io anni, qui ma-
 gna anxietate cupiebat ieiunare, & cum esset
 debilissimus, ieiunium protraxit ad duos
 continuè dies, quibus elapsis apparuit illi de-
 mon in figura Aethiopsis, dicens illi; par-
 te mihi, Abba, ego enim te induxi in hoc labo-
 riosum ieiunium quod ille fecit, ut Abbas me-
 mium debilitatus, aut citius moreretur, aut
 alijs rebus maioris momenti & obligatori-
 deesset. Et eadem ratione euenire potest, ut
 religionis amplectendæ desideria sint à Deo
 determinatio verò ad hanc religionem particu-
 larem, sit à b spiritu proprio, ob aliquem fi-
 nem humanum. Ex quo fit, ut quando inspi-
 ratio solum fuerit in genere de sequenda vir-
 tute, signum est Deum velle, ut in particulari
 suppleamus nos, quod illi deest lumine ratio-
 nis, & fidei, & consultatione cum ipsius mini-
 stris. Sicut inspirauit Saulo conversionem, et
 addens particularia, quæ illū concernebāt, sed
 iubens eum ire in ciuitatem, vbi audieturus es-
 set, quod oporteret ipsum facere, sicut postea
 per Ananiam dictum est illi.

Ex prædictis omnibus sequitur, ad integrè
 cognoscendas inspirationes Dei, non esse oc-
 culos conijciendos solum in generalia virtutis
 desideria, sed in ea particularia, quæ inspi-
 rantur, attendentes ad qualitatem personæ,
 locum, ac tempus, & cæteras circumstantias.
 Nam aliqua pœnitentiæ forma, quæ in secula-
 ri homine, aut in viro forti esset inspiratio

Dei

Dei, in viro religioso qui ex instituto suo, a-
 liam formam habet, aut in homine debili, e-
 rit illud dæmonis, & in vno eodemq; homi-
 ne potest nunc esse deceptio proprii spiritus,
 quod alio tempore fuit motio Spiritus S. con-
 tingere. n. potest, vt eius spiritus affuet^o diuinis
 inspirationibus gignat aliqua colloquia illis
 similia. Et ea sequitur, atque si essent à Deo, nō
 fatis ad id attendendo. Sicut ait sanctus Gre-
 gorius de Prophetis, qui quod valdè frequen-
 ter sentiant diuinos impulsus, interdum re-
 spondent aliquid ex proprio Spiritu, sicut ait
 venisse Nathan prophetæ; qui interroganti
 Dauidi, num ipsi templum Dei ædificare ag-
 grediendum esset, respondit: *omne quod est*
in corde tuo, vade & fac: cui tamen paulò post
 Deus contrarium reuelauit. Agens enim
 candidè rectaque intentione, dignus est, cui
 Deus fraudem ac deceptionem retegat; imò
 ipsa postea experientia eundem ab errore li-
 berat, ob discrimen, quod obseruat in-
 ter hos & illos instinctus, vt
 mox videbi-
 mus.

2 Dial. 21. &
 Hom. 1. in
 Eccl.

c 2. Reg. 7. 3.

s. Tho. 2. 2.
 q. 171. a. 5.

SPIRITUS
 INTE



CAPVT XXIV.

DE ALIIS REGVLIS ET
magis particularibus indicij boni
spiritus, ex admirandis
eius effecti-
bus.



VIA prædictæ sex regule
& indicia boni Spiritus
valdè sunt generalia, ad in-
stitutum nostrum erit, ut
a lias regulas magis particu-
lares valdeque viles pro-
ponere.

L.
Regula 1. de
inspiratio-
nibus in su-
periori ani-
mæ parte.

QV ARVM fundamentum erit hoc primò
quod solius Dei sit proprium immittere bo-
nas cogitationes sanctosque effectus, absque
aliquo medio, in partem animæ superiorem
quam spiritum aut mentem appellamus, ad
mentis apicem vel fundum spiritus; quod ta-
men re ipsa nihil est aliud, quam ipsa met
potentiæ animæ spirituales, memoria scilicet,
intellectus & voluntas. quarum actus reali-
ter ac verè sunt ipsæ illustrationes, inspiratio-
nes, alloquia, reuelationes, & consolationes
quas Deus in nobis ipsis operatur, vtens ip-
sorum potentijs, tanquam instrumentis ad talia o-
pera. quod quidem solus Deus immediatè fa-
cere potest non vtendo inferioribus alijs po-
tentijs.

centijs. Nam (vt ait S. Thomas, tanta spiritus
nostri nobilitas, tanta nostræ voluntatis inge-
nuitas, vt solum creatori suo, à quo esse habet
& inclinationes, subiecta sit. Et solus ille in-
fundere potest intellectui lumen fidei, eum-
que sine alio medio illustrare lumine quodã
superiore, quod velociter transit, sicut est pro-
phetia, quæ est mere intellectualis. Ad ipsum
pertinet, ita memoriam rapere, vt fixa sit in
solo suo conditore, oblita omnium creatura-
rum, solus ipse infundit habitus virtutum ipsi
voluntati, potestque eam inclinare, vt nunc
velit quod ante horrebat, aut omninò non vo-
lebat, etiamsi nulla alia causa ipsum excitans
præcedat.

QVARE Dæmon non potest vno impetu
in spirituales has potentias intrare, eius enim
potestas limitata est ad partem inferiorem a-
nimæ nostræ, qua appellamus imaginationem
& appetitionem, in quam potest ipse vehemē-
tes imaginationes veluti iaculari, mouendo
corporis humores, & species siue figuras re-
rum, quæ per sensus eam sunt ingressa, vt re-
uocet in memoriam aliquid, quod excitet a-
cquatque affectus & passiones, quas ipse inten-
dit, & ita facile illi est imitari alloquia &
sensa boni spiritus, quæ sunt in imaginatione
per figuras & repræsentationes internas, po-
testque efficere deuotionem ac teneritudi-
nem sensibilem, lachrymas, & cæteros affe-
ctus, qui ab his corporis potentijs exercentur.
Et ex hac parte genus illud sensuum interno-
rum,

p q 105. a
& 4.
& q 106. a.
& q. 1. 1. 2. 2.
& 1. 2. q 9. 2.
6. 1

1. p q. 111. 2. 3

SPIRITUS
INTELLIGENS

rum, qui in intima & suprema parte spirituum exercentur non se immiscente parte inferiore, securiores sunt & nobiliores: quomodo prophetia, quæ fit sola visione intellectuali, excedit (teste sancto Thoma) eam, quæ est in visione imaginaria, sicut postea videmus.

2.2.q.174.a.
2.

Process. 2.
Relig. Tract.
1.c.9.

AFFECTVS quos magis ordinariè Deus efficit in his potentijs spiritualibus, sicut et dicit S. Bonavent. oēs tamen ad eos reduciuntur qui supra c.20. & 21. sunt positi. qui cum percipiuntur in corde, idq; de repente, nulla precedente causa quæ illos excitet, sunt inspirationes Dei, cuius est creaturas suas per seipsum consolari, quando & sicut vult.

I

HINC sequitur duo esse genera consolationum & gaudiorum interiorum, quæ has inspirationes comitantur. Quædam enim incipiunt à superiori animæ parte, & inde descendunt ad inferiorem; & hæc semper sunt à Deo, iuxta illud Davidis: *a Cor meum & carnis meæ exultauerunt in Deum vitulum*: significans exultationem propriam Dei viui & veri, incipere solere à corde, & inde communicari carni. Aliæ delectationes à carne incipiunt, & à parte inferiori animæ, & inde ad spiritum & partem superiorem ascendunt, & hæc possunt à bono & à malo spiritu provenire. Sed qui à malo sunt, solent semper incipere cum imaginarijs representationibus, & humorum commotionibus, quod mirifice explicuit sanctus Diodochus Episcopus Forthensium.

a Psal. 83.3

Lib. de perfect. spirit.
c. 33.

DEUX
PAGES

centis his verbis: Qui voluerit discernere veram delectationem Spiritus sancti; à falsa dæmonis, intelligat Dei gratiam habitare, & operationem suam habere in profundo Spiritus; dæmonis autem ambulare in circuitu, & in suburbij cordis; quare si anima absque aliqua corporea figura, motu tamen certo & stabili, inflammatur & mouetur ad amandum Deum, tanta vi & vehementia, vt videatur corpus ipsum post se trahere, vt particeps fiat tanti illius amoris, idque tanta attentione, vt non possit tunc de re alia cogitare, signum est Spiritum sanctum in eo agere, cuius est ineffabilis illa lætitia, qua tunc fruitur. Quod si bonis illis cogitationibus, scedæ aliæ ac inanes immisceantur, quæ lætitiâ quoque afferant, timendum est, ne lætitia illa, quam tunc sentit, non sit pura nec interna Spiritus, sed opus sit Dæmonis, qui per eam conatur decipere, quos viderit inaniter elatos, ob consolationes alias à Deo acceptas. Hæc sanctus Diodochus, quod eamoderatione intelligendum est, quam §. 2. subiiciemus.

3.
Ex dictis etiam constat, personas ex constitutione sua melancholicas, & suis imaginationibus immerfas, esse valdè subiectas illusionibus dæmonis, & proprij sui Spiritus, facileque errare, iudicantes verba & alloquia Dei esse quæ verè sunt dæmonis, aut propriæ imaginationis figmenta. Euenit namque illis, quod ægroto somnianti, existimat
enim

SPIRITUS
INTE

Procef. 7.
Relig. c. 18.

b Eccl. 34. 6.

enim reipfa geri, quod dor miens imaginatio
& vt S. Bonauent. ait, hi eo perueniunt, &
phantasticas habeant visiones, quæ progredi
ca sunt phrenesis potius, quam veri spiritus.
Et propterea dixit Sapiens: *b sicut parturientis, cor tuum phantafias patietur, ne dederis illis cor tuum;* nec ab illis trahi te patiantur. *multos enim errare fecerunt somnia, & exderunt sperantes in illis.* Eidem porro periculo expositi sunt nimis affectuosi, & qui magno impetu in suas actiones feruntur, & quatenus facileque lacrymas fundunt. Fugiet enim Daemon humores, ad hos effectus excitandos, vt inanis homo reddatur, & affectus euanescent: Et vt minimum, quod naturale est, crederent esse deuotionem, & externis hisce contenti incurij sunt in rebus maioris momenti. Quobrem hæc duo hominum genera, merito cautiùs viuunt, siquidem maiori sunt expositi periculo. Qui verò sunt animo virili, & contentione magis affabili & quietâ, ac supra affectus sentientis appetitus, magis sunt exempti ab his illusionibus, magisque sunt certi, quod boni ipsorum sensus sint Dei, qui eos in superiore sui spiritus parte operantur.

§. 1.

De spiritali dulcedine, quam bonus affert spiritus.

SECUNDA regula (licet subtili & paucis cognita) est, quod inspirationes, reuelationes, & alloquia Dei afferre secum soleant spiritali quendam saporem, quem soli viri valde spirituales, & in familiaritate interna valde exercitati percipiunt, & ex eo agnoscunt alloquia illa esse Dei, eaque ab ijs discernunt, quæ Dei non sunt. Vt enim singulæ personæ, specialem propriamque habent figuram, facieiq; Physiognomiam ac vocis proprium sonum, formamque loquendi, ex qua ab ijs dignoscitur, qui frequenter cum eo agunt; & sic, ut quisque cibus proprium habet saporem, ex quo dignoscitur ab eo, qui gustatum nõ habet deprauatum. Propterea. n. dixit Iob: *a Nonne auris verba dijudicat & fauces comedentis saporem?* Sic Deus non aliam seruat rationem, cum format in anima sui ipsi figuram, talemque modum loquendi ad cor, cui vocis ad eum diuino tono communicando talem modum saporis spiritualis, ut per eum agnosci se faciat ab ijs, qui familiariter cum ipso agunt. Sicut apost. Christum nouerant, cum eis diceret: *b ego sum.* Et magdalena, quando Christus *c dixit ei Maria.* Hoc documentum posuit S. Greg cum dixit, Sanctos discernere inter illusiones & reuelationes, & inter voces & imagines in-

Secunda regula de spiritali sapore inspirationum.

a Iob. 12. 11

b Mat. 14. 27
 b Ioan. 6. 26
 c Ioan. 20. 13
 Lib. 4. Dial. c. 48 & l. 8
 Mor. c. 13

L. D. P. Tract. 1.

D d

ter-

SPIRITUALI
 INTELLIGENTE

ternas, intimo quodā sapore, quo cognoscunt
 quod à bono spiritu accipiunt, & quod à malo
 per eius industriam patiuntur, & S. Discolus
 addit, sensum spiritus esse perfectum quod
 gustatum, quo ille discernit inter res interius
 & quando sanus est, & à nimijs curis capto-
 tus, sentit consolationes diuinas, & non de-
 pitur à contrarijs, iuxta illud Davidis, *con-*
state & videte, quomā suavis est Dominus.
 propterea Apost. dixit: *e Hoc oro, vt caritas*
vestra magis ac magis abundet in scientia
omni sensu, vt probetis patior a. significans
 sensu & cognitione practica rerum diuinarum
 pronentire, vt approbetur, quod potius est
 perfectius, & non sit locus deceptioni spiritus
 mali. Et S. August. de matre sua S. Monica
 fert, quod cum oraret Deum, vt sibi man-
 staret suam voluntatem, circa Matrimonium
 filij sui, de quo agebatur, sentiebat intra
 ipsam visiones quasdam & repræsentationes
 ad quas ducebatur impetu sui proprii spiritus
 qui de negotio illo erat sollicitus; quas vi-
 nes (ait S. Aug.) mihi referebat, non ea leu-
 tate, quā habere consueuerat, cum Deus illi
 liquid reuelabat, quin potius eas contem-
 dens: se nescio quo sapore, quē verbo ex-
 care non posset, intelligere magnum esse
 discrimen inter Dei reuelationes & somnialium
 phantasias animæ suæ. Deniq; sicut infans, a
 instinctu solo naturæ, faciē vocemq; matris
 gnoscat, & cum ea lætatur: Ita anima
 huic familiaritati cum Deo, supernaturæ

Gerf. Tract.
de dist. verar
reuel. fig. 4.
Lib. de per
fect. special.
c. 30.
d Psal. 33. 9.

e Phil. 1. 9.

Lib. 6. conf.
c. 13.

moda gratiæ & lucis diuinæ instinctu, agno-
scit veras visiones & alloquia Dei, exultatq;
in illis. Nullus tamen, quis sit ille sapor, agno-
scet, qui non eum delibauerit: & postquã de-
libauerit, deerunt adhuc illi verba, quibus
eum alteri manifestet. Idẽ etiam dicit S. Basili-
& Cassian. de suauitate & læticia spiritali,
quã Dominus noster communicat ijs, qui mû-
do sunt corde, sicut nullus benè potest cogno-
scere mellis dulcedinem nisi gustauerit; & qui
gustauit, non poterit satis illã declarare nisi
per ambages, & similitudines cum alijs cibis
dulcibus, quos comederit, aut per aliquos ef-
fectus, quos efficit in comedente. Et hac ratio-
ne possunt manifestari inspirationes, & alia
Spiritus S. sensa, manifestando scilicet illorum
effectus.

§. 2.

De octo humilitatis actibus.

INTER hosce effectus est valdè proprium
boni spiritus, efficere in anima saporem
humilitatis veræ, valdeque fundatæ in in-
terno cordis, quam vel solam, si benè agnosce-
remus (ait Gerson) sufficiens esset boni spiri-
tus indicium sicut superbia & vanagloria cer-
tum est indicium spiritus mali. Et propterea
dixit sanctus Bernardus animam diuino spi-
ritu plenam, habere sua euidentissima si-
gna, veritatem & humilitatem, quæ cum si-
mil in ea conueniunt, dat sufficiens

3. reg. de vé-
raz humilit
sapore.

Tract. de dif-
verar. reuel
signo. 4.

S. Bern. Sern
89. in Cant

SPIRITUS
INTELLIGENS



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

testimonium presentie Spiritus sancti. Quis autem humilitas multos actus habeat. Reijciam eos, qui à DEI visitatione pronuntiant.

1. PRIMVS actus est, non desiderare extraordinarias, non revelationes, non non exercitia virtutis singularia & inimitabiles, quæ videntes in admirationem rapiunt, sed potius quantum in se est, totum hoc frequentius desideras, sanctitatem collocans in efficiendis actionibus ordinarijs, iuxta modum, modo quodam præcellenti ac amore raritate extraordinaria.

2. SECUNDVS est indignum se indigne honoris quæ accipit à Deo, nec sibi illa tribuat meritis & industriæ suæ, sed misericordiam liberalitate largitoris, admirans quod tantæ Maiestas rationem aliquam habeat adeo creaturæ, velitque se communicare vili vermiculo, qualis homo est.

3. HINC tertius oritur actus, quando alicuius indicia, odore aliquis adest extraordinarium visitationum, repente interdum vestigium, aut præmissis aliquibus prænuntijs, humilitas in actum suum prorumpit, contrahendo, illasque recusando, aut periculum imminens timendo, Deoque Domino se tantis favoribus dignam non esse, & se hic pati, quam gaudere, & cum ipso monte Caluario esse, quam ascendere ad montem Thabor.

4. QUARTVS est, non præsumere, aut se

collere quasi sanctum propter id quod accepit, sed potius valde timere, quod se videat maioribus obligationibus onerari; ac gemere propterea quod pro acceptis non satis respondeat, iudicans quicquid propter Deum faciat, durum esse, si cum eo quod debet, conferatur; & ob ingratitudinem dignum se esse, qui prietur ijs, quæ ex gratia sunt illi collata.

NON præferre se alijs, aut illis meliorem existimare, nec in corde suo illos despiciere, nec cogitare se solum esse, cui Deus faueat & indulgeat, potiusq; credere multos alios tales esse, & minimum se sanctiores, & virtutē habere solidiorem; sibi autem tanquam debiliores Deum magis indulgere.

Sextus est, occultare pro viribus dona sibi a Deo collata, & quod in se est, optare omnino esse occulta, & quando necesse esset illa aperire suo confessario, aut alicui alteri confidendi causa, id facere cum humilitate & contemptu sui, & quasi coactum, aperiendo tamen libenter culpas atque ipsas virtutes.

Septimus actus est, ex totis visceribus appareare, se ab hominibus despici, non solum in rebus honorificis, quas mundus magnificat, sed etiam in materia virtutis, gaudendo quod habetur imperfectus, hypocrita, aut impostor, modo ipse culpabilem ad id occasionem non det nec tristitiam concipiendo, eò quod Confessarius aut Pater spiritualis parui illū faciat contempnere, aut dicat esse dæmonis frondes. Nam esto liceat contristari, quod sibi à

5.

6.

7.

SPIRITUS
SANTUS



deomone imponatur, non est tamen humilis
propterea, affligi, quod alij demissè de ipso
sentiant, ipsumque propterea contemnant.

8.

DENIQUE Dei dona interna & extraordi-
naria, magnū solent secum lumē asferre, quod
profundam imprimat cognitionē nostram
& indignitatis, simul cū insigni confusione
pudore, ob nostra peccata; qui pudor excludit
omnino inanē gloriam vanamq; complacē-
tiam, affectusque prædictis hætenus contem-
ptos. Ad cuius confirmationē dixit Deus in
duo præclara S. Angelæ de Fulgino, dicitur
tanti de suis revelationibus & internis secre-
tis quæ habebat: semel enim dixit; in hoc ager-
sces me esse, qui te alloquor, quod pro eo tem-
pore, nec diverti poteris ad aliquid aliud cogi-
tandum, etiam si velis, nec inani gloria affici
ob id, quod accipis. Et ipsa experiri volens
alia se divertere, & cogitare, num aliquid ha-
beret, de quo gloriaretur, mox occurrebat illi
sua peccata, cum tanto lumine, ut confundi-
retur & erubesceret, se vsque ad abyssum humili-
miliaret. Iterū dixit illi Dominus, externa
gratia quæ à me petis, quod ego sim qui te allo-
quor, incerta sunt & fraudi subiecta, sed tibi
dabo tibi aded certum, quod non possit deest
imitari, & illud est desiderium quoddam, ad
accensum & vehemens mei amoris causam
nendi labores & contemptus, ut æque sicut
videas te contēni, atque alij vidēt se honorari.

EX quo fit, ut regulariter Deus D. N. nos
inspiret res extraordinarias ei, qui nō sit beatus
in pte

is profunda humilitate fundatus; nec ei, qui
 valde impetitur à vana gloria, ne talis inspira-
 tio illi sit causa ruinæ: de ijs enim, qui parum
 sunt humiles, præsumere oportet, quod ad res
 similes ducatur ab spiritu vano, aut meridia-
 no decemone, cū velo maioris sanctitatis: cui⁹
 indicia erunt, si superbiæ tentationes admit-
 tant, & gloriètur de gratia deuotionis, aut si
 persuadeant, q̄ sua diligentia illam obti-
 neant, aut quod sit maior, q̄ reuera est; aut q̄
 ea alios excedant, aut quod melius illa vr̄a-
 tur quā alij. Itē si optant huiusmodi res extra-
 ordinarias: si cū illas habent, magni se p̄pterea
 faciant, si contēnant nō habentes illas; si sen-
 su leuiter manifestet quasi in aliorum utili-
 tatē id faciant; si tristentur, animumq; deiici-
 unt, cum ab alijs contemnuntur. Hæc omnia
 indicia sunt, quod miserè decipiātur. Licet ad
 consolationem infirmorum, opus sit aduerte-
 re, non esse iudiciū mali spiritus, quod mi-
 secantur interdū tentationes aliqua vanitatis
 & superbiæ, si viriliter illis resistatur, sicut
 Vincent. Fererius de seipso dicebat: inanem
 gloriam ire quidem & venire, sed in corde
 suo non hærere. Nec mirandum est, si aliquid
 interdum tyronibus adhærescat: sicut aliqui
 dicunt Patriarcham Ioseph, in iuuentute
 sua, aliquam sui habuisse iactantiam, cum re-
 ferret suis fratribus visiones, quas habuis-
 set, sed cardō illi stetit illa incuria. Nam a
 causa illa somniorum at que sermonum, inuidia
 & odij fomitem fratribus eius ministravit.

Ex S. Bonau.
 Process. 7.
 Relig. c. 21.

SPIRITUS
 INTE

a Gen. 37. 8.

D d 4

Ex quo

ex quo exemplo apparet, similia non esse leu-
ter narranda, non solum ad incommodum
proprium euitandum; sed etiam aliorum
becillium, qui hac occasione impingunt, in de-
uidias & murmuraciones, aut certe in delib-
ria eadem experiendi non sine deceptionis pe-
riculo. Quod si tamen Dei voluntate & in-
spiratione, ea manifestentur (sicut credo Iose-
phum fecisse) non sunt hæc damna pertra-
scenda. Nam ipsemet Deus magna ex eis con-
moda faciet euenire, sicut ex humiliacionibus
ac persecutionibus ipsius Ioseph, elicitur co-
mune bonum pro tota illa terra, & ipsius
persecutoribus suis.

§. 3.

*De resignatione proprii iudicij & voluntatis,
& perturbationum mortifi-
catione.*

Quarta regu-
la de obe-
dientia.

EX prædicta hac humilitate, oritur obe-
diëntia, & resignatio proprii iudicij pro-
priaq; voluntatis, quæ fit Dei in primis
voluntati, deinde voluntati & iudicio eorum
qui eius loco nos gubernant, quæ duplex resi-
gnatio, certum est indicium boni spiritus, de
prima dubitandum non est, quia omnes reu-
laciones & visitaciones Dei, hanc secum ab-
runt promptitudinem diuinam voluntatem
adimplendi, ita vt eadē voce scriptura dicitur
exprimat Dei alloquū cū homine, & hominē
obediētiā ad Deū. Nā cū Deus loquitur, dicitur
quod

quod a *aperit aures virorum*: b *aperire* autem a Iob. 37. 16.
aurem est facere illum voci eius obedientem. b Iſaia. 50. 5.
 Nam statim atq; Deus locutus est Iſaia, osten- c Iſaia. 6. 9.
 dit ille suam promptitudinem, dicens c *Ecce e-*
 go, *mitte me quocunq; volueris*; & statim atq; d Actū 9. 6.
 Saulus vocem Domini audiuit, dixit; *Domine* e Psal. 118. 32.
quid me vis facere: Et Dauid ait Deo, e *Cucur-*
ram mandatorum tuorum, cum dilatasti cor
meum. Sed quoniam malignus Spiritus in bo-
 num transfiguratus, solet hanc promptitudinē
 efficere, ad sibi obediendum ingerendo quod
 se obediatur Deo, necesse est eius præstantiam
 & eminentiam, ostendi in resignatione iudicij
 & rationis propriæ, sub voluntate ministrorū
 Dei, qui eius nomine nos gubernant: Et hic est
 effectus humilitatis certumq; boni Spiritus
 iudicium, qui quod superbis suoq; iudicio ad-
 parentibus aduersetur, nunquam illos allo-
 quitur his blandis & suauibus modis. Quod
 si quando loquitur, prius illos dociles reddit,
 subiectosq; maiorum suorum iudicio. In qua
 re adeo erant exercitati antiqui illi Eremitæ Pa-
 tres, vt quando audiuerunt singularem & stu-
 pendam vitæ rationem, quam ducebat Simeon
 ille in columna, ad cognoscendum Spiritum, à
 quo ad eam mouebatur, significarunt illi per
 quendam Eremitam, vt è columna descendens
 ad ipsos veniret, redditurus rationem vitæ, q̄
 ducebat; monueruntq; ipsum Eremitam, vt si
 statim atq; ipse suum nuncium retulisset, Sime-
 on sese resignaret, & ex columna descendere
 nollet, ipse adiungeret, vt maneret: humilis e-

SPIRI-
INTE

nim illa resignatio & ad nutum obedientiam certum illis erat indicium boni spiritus, illum ad vitam adeo stupendæ rationem inducentem. Quod si proteruè responderet, se nolle descendere, eum è vestigio ex columna deieceret, eo quod procul omni dubio, illi esset ac deceptus à Dæmone. Euentus autem aperuit Spiritum Sanctum esse, qui virum illum gubernaret. Nam statim atque patrum mandatum audiuit, pedem cui inmittitur, eleuauit, vt descenderet ac obediret. Contra verò pertinacia proprii iudicij, ostendit illusionem mali Spiritus: Sicut euenit in lamentabili illo casu Heronis & aliorum, qui in Satorum Patrum vitis referuntur. Nam (vt ait

Collat. 2. e. 3.
& collat. 16.
cap. 2.

Regula V. de
mortificatione.

scant. 3. 5.

Supposita resignatione, de qua iam diximus, certissimum indicium boni Spiritus est, cum ex eius visitationibus, sequitur integra & perfecta mortificatio passionum, sensuum, & feruentium carnis insultationum, vt .n. dicitur in libro Canticorum, cum Deus pulsat ad portam cordis nostri, nostrumq; Spiritum alloquitur, *Et manus nostra stillant myrrham. & digitus impletur myrrha probatissima*; hoc est, statim sentitur odor, & percipitur sapor mortificationis perfectissimæ. impellimur .n. ad domandas passiones, re-

frenandos

frenandos sensus moderandam linguā, & car-
 nē castigandā. Sed quoniā mortificatio exter-
 na, non est certum indicium boni Spiritus ad q̄
 etiam malignus solet inclinare, ob hypocrisim
 & vanitatem; oportet oculos cōijcere in fru-
 ctum & finem eius, & in radices, vnde illa ori-
 tur. q̄ totum terminatur in corporis & anima
 puritate, quærendo .i. asperitatibus & morti-
 ficationibus istis conscientiam à culpis expur-
 gare. Nam instar lucis cœlestis quò magis
 crescit, eò magis manifestat culpas etiam mi-
 nimas, magisque illas exaggerat: Quare
 statim imprimi desideria magna faciendi pœ-
 nitentiam, propter admissas, & alias e-
 vitandas. Sic Sanctus Iob etsi dixisset: *gnon* g Iob. 27. 6.
reprehendit cor meum in omni vit a mea; quan-
 do tamen Deus allocutus est illum, cuius luce hc. 42. 6.
 ipsum agnouit, adeo se culpabilem deprehen-
 dit, vt dixerit: *h ipse me reprehendo & ago pœ-*
nitentiam in fauilla & cinere. Et S. Propheta I- i isa. 65.
 saias, cum incepit agere cum Deo cepit cōqueri
 de exigua sua puritate, ad quē i volauit vnus de
 Seraphin qui *calculo, quē forcipe tulerat de Al-*
tari, tetigit os eius, & abstulit eius iniquitatē, &
peccatum mundauit. Quo significatur nobis,
 quod quando Deus venit ad visitandas animas
 nostras, adducit secum in testimonium suæ p̄-
 sentis: & hunc Seraphinum, ardens videlicet de-
 siderium in signis puritatis, non in anima solū,
 sed etiam in corpore. Quare merito sunt valde
 suspecti mot^o illi sens^o q̄; cordis, q̄ secū afferūt Process. 7.
 fcedos mot^o & voluptates carnis (vt bene expē Relig. caris

dir S. Bo-

SPIRITUS
INTE

dit S. Bonavent) dicens: si in tempore orationis & Deuotionis, ob naturalem corporis constitutionem, surgerent huiusmodi motus, melius esse talibus flombus carere, quam eos extra coeno extrahere, cum periculo cōspurationis. Et propter eandem rationem ait: Erat Dæmone quæcunq; visio apparuerit, quæ uideatur esse Christi D. N. aut eius Matris, aut Sancti alterius, siue Sanctæ, si eius aspectus corporis huiusmodi motus adfert, aut indecentem adfert habitum aut ita se mouet tactusq; ostendit indignes grauitate aut sanctitate personæ, quæ refert. Cum enim Deus sit ipsa puritas, nihil horum potest à re quæ eius sit, procedere.

§. 4.

De pace & gaudio spirituali.

Regula Sexta
De pace &
quiete Spiritus.
a Psal. 84. 9.
b Ioan. 20. 20.
c Luc. 10. 5.

VLTIMUM deniq; indicium boni Spiritus, est pax & quies, quæ animæ relinquunt iuxta illud Dauidis: *a Audi uox quid loquatur in me Dominus, quoniam loquitur pacem in plebem suam.* Sicut enim Christus D. N. cum ad suos discipulos in Coenaculum ingrederetur, dixit, *b Pax uobis*, iussitque eos *quancunq; domum, intrarent, primum dicere, Pax huic domui:* Ita etiam cum ingreditur animas nostras, dicit illis, *Pax uobis.* Et quoniam dicere eius est efficax, quod dicit, etiam facit, efficiens in corde pacem, perturbationes eius componendo, carnem cum Spiritu conciliando, passionum insultus sedando, & nimium timorem

timorem, qui à nostra infirmitate oritur, remouendo. Et quamuis in iplo initio timorem aliquem & pauorem afferre soleat vt excitet ad reuerentiam & attentionem, mox tamen affert quietem, timore illo remoto. Sicut euenit d. *Danieli* & c. *Zacharia*, & alijs Sanctis, vt dicitur. *Luc. 1. 17.* *3 part. q. 30. a. 3. ad 3.*

De hoc expendit S. Thomas allegans sententiam S. Antonij Abbatis qui dixit, non est difficile in his casibus, discernere inter bonum & malū Spiritum. Si enim post timorem, gaudium & exultatio succedat, signum est à Deo esse auxilium, quod sentimus. Securitas. n. animæ testimonio est præsentia diuinæ Maiestatis: Si aut timor, qui nos inuadit permanet, signū est hostis in domum nostram ingressi. Verum quid est, vt ibidem Caietanus aduertit, posse Demonem transfigurantem se in angelum lucis, etiam hoc eius indicium imitari, gaudium aliquod post timorem afferēdo: Sed quoniam re ipsa est Spiritus nostri hostis, non satis assequitur, quomodo illum tranquillet, præcipue cū ille est humilis.

Hoc quo iam diximus, intelligendum est locum habere, quando Spiritus bonus visitat homines iustos. Nam si quando visitat peccatores, qui cum carne sua & vitijs pactū habent & pacem, aut tepidos, qui in sua tepiditate quietem habent, solet intrare sicut adnotauit S. Pater nolter Ignatius, timorem in cutiendo, ac terēdo, vt malam illam pacem disrumpat, salutariē afferens pugna, illi contrariā. Christus enim D.N. (vt ipsemet dixit) *non venit in mundum pacem*

d. Dani. 10. 9
e. Luc. 1. 17
3 part. q. 30. a.
3. ad 3.

Matt. 10. 34.

cem

SPIRITUS
INTE

Job. 4. 14.

cem mittere ac proinde nec ad visitandas
 mas, vt eas infecta hac pace relinquat; sed
 dium; quo scilicet pax illa destruat: Quo
 dius & pugna, non est minus certum in
 Spiritus boni, quam sancta illa pax, quæ
 resultat: ac forte propterea amicus
 Iob, narrans modum, quo DEVS illi
 paruisset, & locutus fuisset: *Et pavor*
tenuit me & tremor, & omnia ossa mea
perterrita sunt, & inhorruerunt pilos
mea. & vocem quasi auræ lenis audivi: Num
quid homo Dei comparatione iustificabitur, ac
factore suo purior erit vir? Ex quo apparet
 pauorem & tremorem & perterriti omnia
 ossa, & capitis pilos inhorruisse, fuisse
 quasi præcursores Dei in homine illo, qui
 superbia elatus, iustum se esse arbitrabatur.
 Quare oportuit eum primum ita fuisse per
 territum præsentia Domini, vt sic se humi
 liaret, & vt ossa, internæ scilicet virtutes
 perterritentur, ac dicerent illud Davidis omnia
 ossa mea dicent, *g Domine quis similitudo*
 Et quod capilli, hoc est altæ & superflue cogi
 tationes inhorrent, & à corde fugerent, vt
 his dispositionibus bonum inueniret hospitium
 Dominus, qui ad illum visitandum veniebat.
 Sed mox atq; ingressus est audita est vox di
 næ inspirationis quasi auræ lenis & suavis, quæ
 animam tranquillauit, reuelando illi verita
 tem, quam nosse ipsam oportebat, vt humilis
 euaderet, simili modo prius quam Deus Elias
 in spelunca alloqueretur *hinc sibilo auræ lenis*
 præsertim

g. Psal. 34. 10.

13. Reg. 19. 11

præmiserat spiritum grandem & fortem, sub-
vertentem montes & conterentem petras ante
Dominum, vt significaret sicut S. Gregorius ait,
timore & tremore, Deum humiliare superbiã
nostram nostramq; duriciem domare, postea
tamen leni voce nos alloqui, reddendo pacem
turbato cordi tristiq; lætitiã remota. n. cul-
pa, quæ tristitiã nobis afferebat, planctũ nostrũ
conuertit in gaudium, veramq; lætitiã. Quod
certum est boni Spiritus indicium, quod quoniam
est ipsamet lætitiã, & cum illa facit omnia o-
pera sua, eã suis inspirationib; infundit, vt illi
seruiamus lætitiã modesta, graui, trãquilla, &
coniuncta timori casto, qui eam reddit securi-
orem & iucundiozem.

HINC est quod lætitiã boni spiritus degu-
stata, fructus statim proferat, qui illam pdant,
abhorrendo. scilicet ab omni lætitiã immodesta, sen-
suali, & mundana. Nam vt D. Greg. ait, *suauitas
spiritus degustata despicit omni caro.* Et qui
centuplum accipit gaudij spiritualis, facile cõ-
tinet carnale, magnoq; conatu veros fontes de-
siderat hui; gaudij, Regnũ. scilicet Dei & iustitiã ei;
virtutesq; quibuscũ Spirit; noster vnitur, & cũ
diuino coniugitur, vt nihil q; creatũ est, diuisi-
onem inter vtrumq; faciat. *O spiritus diuine,*
qui internũ reddis testimonium dilectissimis 1. Rom. 8. 16.
tibi iustis, quod eos tanquam filios accipias, o-
stendisq; eos esse filios in hoc, quod spiritu tuo
aguntur ad omne, quod tibi placet; accipe
Domine cor meum in tuum, ita vt nullus
contrarius spiritus vnquam illud possideat,
aut pra-

SPIRI-
INTE

aut prauo suo impetu à te dimoueat: tu illi
 moue, cælestiq; tua inspiratione dirige semper
 ad id, quod tibi arridet: & siquidem donata
 mihi largiris, da mihi tum lumen ad illa
 noscenda, tum auxilium ad bene eisdem
 dum, resistendum malignis spiritibus, qui
 disperdere contendunt, & reuela faciem
 à larua, qua se contegunt; & aufer indumentum
 falsæ lucis, quo suas tenebras operiunt: ut ab
 omni errore & deceptione eorum expediat
 te sequar, æternam & veram lucem, qui uia
 veritas, & vita, donec te videam & fruam
 in æterna. A-
 men.

k Iob. 41. 4.

DUX
 P. I. O. P.

